MANUALE
DEL SACERDOZIO

AD USO PARTICOLARMENTE

DE' SEMINARISTI

O SIA

COLLEZIONE DI SACRI TESTI INTORNO OGNI MANIERA DI SUGGETTI
CHE POSSONO SERVIRE DI GUIDA MORALE
ALLA STUDIOSA GIOVENTÙ

CLASSIFICATI PER ORDINE ALFABETICO

DA GUY DE CRESSÉ

PRETE, DOTTORE DI SORBONA, E DECANO DEL CAPITOLO REALE
DI NOSTRA-SIGNORA DELLA VALLE DI PROVINS

CON MOLTE AGGIUNZIONI

DI FELICE BARILLA

Qui bene praesunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina. I. TIM. 5.

2.

NAPOLI
DALLA TIPOGRAFIA DI REALE
1840.

MANUALE
DEL SACERDOZIO
ED IN PARTICOLARE
D' OGNI SEMINARISTA.

DELL' ORDINE.

Omnia honeste, et secundum ordinem fiant in Ecclesia.
PAUL. *ad* COR. 1. *cap.* 14.

L'*ordine* è l' assestamento e la disposizione delle cose secondo il grado che loro compete.

Ordine dicesi anche quello fra'Sacramenti, pel quale il Vescovo conferisce altrui la facoltà di esercitare le funzioni ecclesiastiche.

PUERI ad sacros ordines nullatenus admittantur, ne tanto periculosius cadant, quanto citius conscendere ad altiora festinant.
GREG. *epist. ad Columb*

Ne hi, qui ordinati sunt, pereant, provideri debet, quales ordinentur: ut aspiciatur, si vita eorum continens in annis plurimis fuit, si studium lectionis, si eleemosynae amorem habuerunt. GREG. *in reg.*

Nullus debet ad altare accedere, nisi cujus castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. GREG.

Non loca vel ordines Deo nos proximos faciunt: sed nos aut opera et bona ei conjungunt, aut mala disjungunt.
GREG. *in epist. ad Anastas.*

Agnoscat unusquisque ordinem suum, et quid dignum sit eo ordine quem suscipit, intelligat, et libret actus suos, ita etiam sermonem, incessum quoque et habitum moderetur, ut cum ordinis sui professione conveniat, ne audiat dici ad se a Deo: Quia propter vos blasphematur nomen meum inter gentes. ORIG. *sup. levit.*

Requiritur in ordinando sacerdote praesentia populi, ut sciant omnes, et certi sint: quia ex omni populo praestantior est, qui doctior qui in omni virtute eminentior: ille eligitur ad sacerdotium, et hoc astante populo, ne aliqua postmodum retractio cuique, ne quis scrupulus resideat. ORIG. *sup. levit.*

DELL' ORNAMENTO.

Averte faciem tuam a muliere compta, et nec circumspicias speciem alienam. Eccles. 9.

Ornamento è ogni cosa che abbelliscе. La finezza del gusto, la giustezza delle proporzioni, l'assortimento, l'accordo, l' unione de'colori costituiscono il merito degli ornamenti.

È d'uopo, nella distribuzione degli ornamenti, evitare tutti quelli che sono estranei al soggetto, come pure la fastidiosa moltiplicità e confusione, la quale non lascia scorgere alcun oggetto nel suo vero punto di vista.

Ornatus, sive ornamentum, graece, κόσμος, κοσμέω, *orno* dicitur. Ornatus autem et deliciae sunt necessarii tripliciter, scilicet propter infirmitatem, consuetudinem, et dignitatem. Thom.

Ornatus, κοσμιότης, est vestitus cultusque corporis, qualis nos pro ratione personae decet, moderatio: ne quid sordidum, vel lascivum, vel affectatum in eo insit, vel appareat.
1. Tim. 9., et 1. Pet. 3. 3. 5.

Ornatus virorum et mulierum mensurandus est ad modum et mensuram personae, et ad intentionem. Si enim mulieres portant ornamenta decentia secundum statum et dignitatem suam, ut moderate se habeant in factis suis, secundum consuetudinem patriae, erit actus virtutis modestiae: quae ponit modum in incessu, statu, habitu, et in omnibus moribus exterioribus, et poterit esse meritorius, si fit cum gratia, similiter si fit, ut placeat viro suo, vel aliis mulieribus.
Thom. *sup. Esai. cap.* 3. *fin.*

Mulier et vir ornans se ut provocet alios ad concupiscentiam, peccat mortaliter: Non autem semper, si ex levitate vel vanitate propter jactantiam. Thom.

Amictus corporis, risus dentium, et incessus hominis enuntiant de homine. Eccles. 19.

Vir si comam nutriat, ignominia est illi. 1. Cor. 11.

Mulierum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri.
1. Pet. 3.

Nolo, ut de ornamentis auri vel vestis properam habeas in prohibendo sententiam, nisi in eis, qui, neque conjugati neque conjugari cupientes, cogitare debent quomodo placeant Deo. Aug. *ad Possiodo*.

Animadvertendum est non in solo rerum corpore earum, nitore atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus lutosis esse posse jactantiam, et eo periculosiorem, quo sub nomine servitutis Dei decipit.
Aug.

Quanta amentia est, effigiem mutare naturae, picturam querere? tolerabiliora propemodum in adulterio crimina sunt: ibi enim pudicitia, hic natura adulteratur. Aug.

Ornamentorum ac vestium insignia et lenocinia formarum non nisi prostitutis et impudicis foeminis congruunt, et nullarum fere pretiosior cultus est, quam quarum pudor vilis est.
Cypr. *lib. de habitu virginum.*

Vince vestem, quae virgo es quae Deo servis: vince aurum, quae carnem vincis et seculum. Nec monilium aut vestium quaere ornamenta, sed morum. Cypr.

Foeminae manus Deo inferunt, quando id, quod ille formavit, reformare et transfigurare contendunt : nescientes , quia opus Dei est omne quod nascitur, diaboli quodcumque mutatur. Cypr.

Mulierum ornamentum est morum probitate et elegantia florere, domi ut plurimum manere, colloquium cum divinis oraculis habere, fuso ac lanae operam dare, ancillis opera mandare, servos vitare , labiis, oculis, genis vinculum injicere, pedem limine non admodum frequenter efferre, pudicis quidem omnibus mulieribus delectari; caeterum eo duntaxat viro contentam vivere , qui tibi legitimo matrimonio virgineam zonam solvit.
Greg. Nazian. *adversus mulieres ambitiosius sese ornantes.*

Collum catena constringit, pedes compedes includunt : nil refert an corpus auro ligetur an ferro. Si cervix premitur, si gravatur incessus, nil pretium juvat; nisi quod vos mulieres estis miserabiliores, quam qui publico jure damnantur. Illi optant vivos ligari. Mulier sic ornata, est domus omnium daemonum infernalium.
Ambr. *lib.* 1. *de virg.*

Neglecta decoris cura plus placet: et hoc ipsum, quod non ornamus, ornatus est. Ambr.

Decor corporis non sit affectatus, sed naturalis, simplex, neglectu magis quam expeditus, non pretiosis et albentibus adjutus vestimentis, sed communibus , ut honestati vel necessitati nil desit , nil accedat nitori. Ambr. *de offic. lib.* 1.

Vestes pullas aeque devita ut candidas; ornatus et sordes pari mo-

do fugiendi sunt: quia alterum deliciis, alterum gloria redolet. HIER. *in epist.*

Inter sericum et linteamina, quibus tibi videris fulgidus et formosus, intellige te nudum, conscissum, sordidum, mendicantem. HIER. *in epist.*

Si vir vel mulier se ornaverit, et vultus hominum ad se provocaverit, et si nullum inde sequatur damnum, judicium tamen patietur aeternum: quia venenum attulit, si fuisset qui biberet. HIER.

Sunt nonnulli, qui cultum subtilium pretiosarumque vestium non putant esse peccatum; quod videlicet, si culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quod dives, qui torquebatur apud inferos, bysso et purpura indutus fuisset. GREG. *in hom.*

Quod pro sola inani gloria vestimentum pretiosius quaeritur, res ipsa testatur: quia nemo vult ibi pretiosis vestibus indui, ubi ab aliis non possit videri. GREG.

Quid de habitu dicam? in quo jam non calor sed color requiritur magisque cultui vestium quam virtutum insistitur? Pudet dicere: Vincuntur in suo studio mulierculae, quando a monachis pretium affectatur in vestibus, non necessitas. BERN.

Serico et purpura indutae, Christum sincere induere non possunt auro et margaritis adornatae et monilibus, ornamenta mentis et corporis perdiderunt. CYPR. *de habitu virginum.*

DELL' OZIOSITA'.

Otium vitandum. PROV. 6.

L' *oziosità*, stato di colui il quale non vuole nè lavorare, nè occuparsi, è la sorgente d' ogni vizio.

La natura imponendoci de' bisogni, c' impone pur anco l' obbligazione di provvedervi; ed il Creatore nel formarci secondo l' immagine sua, esige l' impiego più degno delle qualità di che ci ha dotati.

MULTAM enim malitiam docuit otiositas. ECCLES. 133.

Ecce haec fuit iniquitas Sodomae sororis tuae, superbia, saturitas panis, et abundantia: et otium ipsius, et filiarum ejus, et manum egeno et pauperi non porrigebant, et elevatae sunt, et fecerunt abominationes coram me, et abstuli eas. EZECH. 16.

Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus et superseminavit zizania in medio tritici. MATTH. 13

Otiosas viduas devita, quia discunt circumire domos: Imo et non solum otiosae, sed et verbosae, et curiosae, loquentes quae non oportet. 1. TIM. 5.

Qui congregat in messe, filius sapiens est: qui autem stertit aestate, filius confusionis. PROV. 10.

Nullus fructus otii, imo magis dispendium. Otiosus Esau amisit primatus benedictionem, quia maluit cibum accipere quam quaerere. AUG. *in epist. ad Ver.*

Nihil in sancto proposito, otio deterius est, quod non solummodo non acquirit nova sed etiam peracta consumit: sanctae vitae ratio processu gaudet et crescit, cessatione torpescit et deficit: quotidianis ac recentibus virtutum incrementis instrauranda mens est, et vivendi hoc iter non de transacto sed de reliquio metiendum.
HIER. *ad Demetr.*

Otium parit fastidium, exercitium famem: fames autem miro modo dulcia reddit quae fastidium facit insipida. HIER. *in epist.*

Otiosum verbum est, quod sine utilitate loquentis et audientis dicitur: qualia qui de rebus frivolis dicitur, et fabulas antiquas narrat caeterum qui scurrilia replicat, et cachinnis otia dissolvit, et aliquid turpitudinis profert, hic non otiosi verbi, sed criminosi tenebitur reus.
HIER. *in Matth.* 1.

Aliquid operis facito, ut te diabolus inveniat occupatum; non enim facile capitur a diabolo, qui bono vocat exercitio. Hier. *in serm.*

Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicii. Otiosum quippe verbum est, quod aut utilitate rectitudinis, aut justae necessitatis caret. Greg. *in hom.* 6.

Nunquam Dei amor otiosus est operatur enim magna, si est : si vero operari renuit, amor non est. Greg.

Ab otiosis ad noxia verba , a levioribus ad graviora venimus. Greg.

Otiositas mater est nugarum, et noverca omnium virtutum. Ipsa enim est, quae virum fortem fortissime praecipitat in reatum, facit ei suffocare virtutem, et viam construere ad gehennam.

Bern *in serm.*

Sapientiam scribe in tempore otii: ergo sapientiae otia negotia sunt, et quo otiosior sapientia, eo exercitior in suo genere. Greg. *sup. cant.*

Non dormientibus provenit regnum coelorum, nec otio et desidia torpentibus beatitudo aeternitatis ingeritur. Prosper.

Mens otiosa nihil aliud cogitare novit, quam de escis, aut quam de ventre. Leo. *papa in serm.*

Natura quidem humana sicut duris laboribus instruitur , ita per otia torpentia fatuatur. Joan. *lib.* 10.

Otium, quod industriae et studio maxime contrarium videtur, praecipue subnecti debet; non quo evanescit virtus , sed quo recreatur, Joan. Cass. *in epist.*

DEL PARADISO.

Paradisus hortus voluptatis, a Deo plantatur. Genes. 2.

Paradiso, giardino delizioso, non è quasi in uso, se non se in questa frase: « Il paradiso terrestre » che dicesi del Giardino in cui Dio pose Adamo, tosto che ne l'ebbe creato. Questa parola significa pure il Soggiorno de' Beati che godono della vista di Dio.

De paradiso adoriundus sermo, non mediocrem aestum nobis videtur incutere, quidnam sit paradisus, et ubi sit, qualisve sit, investigare, et explanare cupientibus: maxime cum Apostolus sive in corpore, sive extra corpus nesciat, raptum tamen se usque ad tertium coelum. Ambr. *lib.* 1. *de paradiso, cap.* 1.

Ergo si hujusmodi paradisus est, et cum solus Paulus, aut vix aliquis Pauli similis, quum in hac vita degeret, videre potuerit: idem tamen, sive in corpore, sive extra corpus viderit, meminisse non possit, audierit tamen verba, quibus prohibitus sit vulgare, quod viderat: quo tandem modo nos paradisi situm poterimus absolvere, quem nec videre potuimus: et si potuissemus videre, tamen prohiberemur aliis intimare? Simul quum Paulus extollere se revelationum sublimitate sit veritus: quanto magis nobis timendum est id sollicitius indagare, cujus etiam revelatio obnoxia sit periculo? Non hylen igitur hunc paradisum aestimare debemus, et ideo relinquamus Pauli esse secretum. Tamen quoniam legimus in Genesi, a Deo paradisum esse plantatum secundum orientem, et ibi esse positum hominem quem plasmavit Deus: istius paradisi autorem jam possumus invenire. Quis enim est, qui potuit fingere paradisum, nisi omnipotens Deus? qui dixit, et facta sunt, nunquam indigens eorum quae generari vellet. Ambr. *de paradiso cap.* 1.

DEI PARENTI.

Amandus est generator, sed praeponendus est Creator. Aug. in serm.

La *parentela* è il legame naturale fra le persone del medesimo sangue.

L'amore de'parenti è tal sentimento, che tornò sempre onorevole a coloro che se ne mostrarono dotati. Esso è nella natura, ma la vanità lo ha annientato; e noi non amiamo i nostri parenti se non quanto ci tornano utili, o possiam far riflettere su noi stessi una parte della considerazione di cui godono; quindi è che alcuni sconoscono e negano la parentela di persone povere. Un tal procedere è orribile, ed essenzialmente contrario ad ogni principio, come ad ogni onestà.

Audi, fili mi, verba oris mei, et ea in corde tuo, quasi fundamentum, constitue: Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli: et honorem habebis matri tuae omnibus diebus ejus. Memor enim esse debes, quae et quanta pericula passa sit propter te in utero suo. Cum autem et ipsa compleverit tempus vitae suae, sepelies eam circa me. Tob. 4.

Audi patrem tuum, qui te genuit; et ne contemnas, cum senuerit mater tua. Prov. 23.

Fili, suscipe senectam patris tui, et non contristes eum in vita illius: et si defecerit sensu, veniam da, et ne spernas eum in tua virtute. Eleemosyna enim patris non erit in oblivione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, et in justitia aedificabitur tibi, et in die tribulationis memorabitur tui: et, sicut in sereno glacies, solventur peccata tua. Eccles. 3.

Qui timet Dominum, honorat parentes, et quasi dominis serviet his qui se genuerunt. Eccles. 3.

Honora patrem tuum, et gemitus matris tuae ne obliviscaris, et retribue illis, quomodo et illi tibi. Memento, quoniam nisi per illos natus non fuisses. Eccles. 7.

Filii, obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est Domino. Col. 3. 5.

Unusquisque patrem suum et matrem suam timeat.
Exod. 20. Levit. 19.

Honora patrem tuum et matrem, sicut praecipit tibi Dominus, ut longo vivas tempore, et bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. Deut. 5.

Quare vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram? Nam Deus dixit: Honora patrem et matrem: et qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri vel matri: munus, quodcunque est ex me, tibi proderit; et non honorificabit patrem suum aut matrem suam.
Matth. 15.

Corona senum filii suorum; et gratia filiorum patres eorum.
Prov. 17.

Sententiam patris audite, filii dilecti, et exequimini eam, ut servemini: Dominus enim patrem liberis honorabilem reddit, et sententiae matris attribuit auctoritatem in filios. Eccles. 3.

In opere et sermone, et omni patientia honora patrem tuum, et superveniat tibi benedictio a Deo, et benedictio illius in novissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta. Eccles. 3.

Sicut qui thesaurizat, ita et qui honorificat matrem suam.
Eccles. 3.

Qui honorat patrem suum, vita vivet longiore: et qui obedit patri, refrigerat matrem. Eccles. 3.

Filii, obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim justum est: Honora patrem tuum et matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, et sis longaevus super terram.
Ephes. 6.

Maledictus, qui non honorat patrem suum et matrem suam.
Deut. 27.

Qui percusserit patrem suum aut matrem, morte moriatur. Qui maledixerit patri suo aut matri, morte moriatur. Exod. 21.

Qui affligit patrem, et expellit matrem, ignominiosus erit et infelix. Prov. 19.

Ne glorieris in contumelia patris tui; non est enim tibi gloria, sed confusio. Gloria enim hominis ex honore patris est; et dedecus filii, pater sine honore. Eccles. 3.

Parentibus honorem deferre, et illis benefacere. MATTH. 15.

Est approbanda liberalitas: ut proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas, non tamen ut illi ditiores fieri velint ex eo quod tu potes conferre in opibus. AMBR. *de offic.*

Non injuriose negligit matrem, nec mater negatur, quae de cruce etiam agnoscitur. Religiosiores monstrantur copulae mentium, quam corporum, et corporali necessitati praescriptorum coelestium forma praefertur. AMBROS. *in Lucam.*

Primus gradus pietatis est iste, ut quos autores tibi voluit esse Deus, honores obsequiis, abstineas contumeliis, nec vultu laedenda est pietas parentum. AMBR. *in Matth.*

Meretur caecitatis suae subire supplicium, qui parentum vultus torvo visu despexerit, et elatis oculis laeserit pietatem.

HIER. *in Matth.*

Diligamus illos qui nobis cognatione conjuncti sunt, et quos proximos novimus diligamus, et quos adversarios in via Dei compatimur odiendo et fugiendo nesciamus. GREG. *in evangel.*

Fili, vinum non habent: Quid mihi et tibi est mulier? Ut quid fratres, sic respondit Christus? utique propter nos: ut conversos ad Deum jam non sollicitet carnalium cura parentum: et necessitudines illae non impediant exercitia spiritualia. Quamdiu enim de mundo sumus, debitores nos constat esse parentum: at postquam reliquimus nosmetipsos, multo magis ab eorum sollicitudine liberi sumus.

BERN. *sup. cant. serm.* 28.

Quem alienum tibi fidum invenies, si tui hostis fueris? Qui fallere audebit parentes, qualis erit in caeteros? CASSIOD. *in epist.*

DELLA PASSIONE.

Quem vis contemnere pret'um ejus attende, et cum morte Christi totum mundum appende.
Aug. *de verbis Dom.*

La *passione*, non dicesi quasi, in significato di patimento, se non rispetto a quanto sofferse il nostro Signor Gesù Cristo, per la redenzione del genere umano.

Multos filios Deus fecit, unicus filius Dei emit sibi fratres sanguine suo, probatus, reprobatos. Redemit venditus, honoravit injuriatus, vivificavit occisus, venditis rebus nostris nullum majus earum pretium accepimus, quam nos ipsos: quia talibus implicati, nostri non eramus. Aug. *in serm.*

Nulla res officiorum laborem ad portanda onera aliorum facit libenter impendi, nisi quum cogitamus quanta pro nobis pertulit Dominus. Aug.

Fratres, ut a peccato sanemur, Christum crucifixum intueamur: quomodo qui intuebantur serpentem aeneum in deserto, non peribant morsibus serpentum: sic qui intuentur fide Christi mortem, sanantur a morsibus peccatorum. Aug. *in Joan.*

Conspui voluit, ut nos lavaret: velari voluit, ut velamen culpae et ignorantiae a cordibus nostris auferret: in capite percuti, ut caput nostrum, id est, Adam sanitati restitueret: colaphis caedi, et verbis derideri, ut nos ei labiis et manibus, id est verbis et operibus applaudamus. Hier. *in serm.*

Nihil adeo grave, quod non aequanimiter toleretur, si Christi passio ad memoriam reducatur. Greg. *in epist.*

Tanto Deus ab hominibus dignus honorandus est, quanto pro hominibus indigna suscepit. Greg. *in epist.*

Caput, angelicis tremebundum spiritibus densitate spinarum pungitur: facies, pulchra prae filiis hominum, sputis Judaeorum deturpatur: oculi, lucidiores sole, caligantur in morte: aures, quae audiunt angelicos cantus, audiunt peccatorum insultus: os, quod docet Angelos, felle et aceto potatur: pedes, quorum scabellum adoratur, cruci clavo affiguntur: manus, quae formaverunt coelos, sunt in cruce extensae et clavis affixae: corpus verberatur: latus lancea perforatur: et quid plura? non remansit in eo nisi lingua, ut pro peccatoribus oraret, et matrem discipulo commendaret. Bern. *in serm.*

O bone Jesu, quid tibi est? Mori nos debuimus, et tu solvis! nos peccavimus, et tu luis? opus sine exemplo, gratia sine merito, charitas sine modo. BERN. *in serm.*

Dilexit nos Deus dulciter, sapienter, fortiter: dulciter nempe dixerim, quod carnem induit: sapienter, quod culpam vitavit: fortiter, quod mortem sustinuit: sed super omnia reddit te mihi amabilem, bone Jesu, calix quem bibisti, opus nostrae redemptionis, hoc enim omnino amorem nostrum sibi vindicat: hoc, inquam, nostram devotionem blandius allicit, justius exigit, arctius stringit et vehementius afficit. BERN.

O homo! vide quae pro te patior. Non est dolor sicut quo crucior: ad te clamo, qui pro te morior. Vide poenas quibus afficior: vide clavos quibus confodior: cum sit dolor tantus exterior, interior est planctus gravior, quum te tam ingratum experior.

BERN. *in persona Domini, in quodam serm.*

Vere deserta erat Judaea, vacua justitia, plena peccatis, quam Deus plantaverat, omnes prophetae coluerant. Illa autem nullum fructum produxit, nisi spinas acerrimas, quibus Dominus suum caput coronavit. CHRYS *in Matth. cap.* 3.

Quae nobis erit contumelia, postquam Christus haec passus est? neque enim una particula, sed totum corpus injurias patiebatur: caput per coronam: manus per arundinem: os per acetum: facies inspuebatur: genae velabantur: et tandem totum corpus in cruce extenditur, et perforatur. CHRYS. *in Matth. cap.* 27.

Si passio Redemptoris ad memoriam reducitur, nihil tam durum est, quod non aequo animo toleretur. Parva enim toleramus, si recordemur quid biberit ad patibulum qui nos invitat ad coelum. Ille enim opprobria, irrisiones, contumelias, alapas, sputa, flagella, spineam coronam crucemque sustinuit; et nos, miseri! ad nostram confusionem uno sermone fatigamur, uno verbo dejicimur.

ISID. *de sum. bon.*

DEL PASTORE

Pastor verus, Christus. Joan. 10.

Pastore, nel parlare ordinario, non è quasi in uso fuorchè al figurato; come « Gesù Cristo è il sovrano pastore delle anime nostre ».

Il nome di pastore venne pur dato a' Sovrani ed a'successori degli Apostoli, poichè i primi sono incaricati di provvedere ai bisogni temporali de' loro sudditi, gli altri ai bisogni spirituali de' fedeli: nella guisa medesima che un pastore d' una greggia è incaricato di custodirla e di proteggerla.

Ecce ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris ad quas ejecero eos illuc, et convertam eos ad rura sua, et crescent, et multiplicabuntur, et suscitabo super eos pastores, et pascent eos. Jerem. 23,

Ecce ego ipse requiram oves meas, et visitabo eas. Ezech. 54.

Et reducam eas, et inducam eos in terram suam, et pascam in montibus Israel, Ezech, 54.

Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium in sanguine testamenti aeterni, Dominum nostrum Jesum Christum aptet vos in omni bono, ut faciatis ejus voluntatem, faciens in vobis quod placeat coram se, per Jesum Christum. Hebr. 2. 3.

Eratis enim vos oves errantes, sed conversi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum. 1. Pet, 2.

Sicut pastor gregem suum pascet in brachio suo, congregabit agnos et in sinu suo levabit, foetos ipse portabit. Esa, 40.

In pascuis uberrimis pascam eas. Ezech. 34.

Quod perierat requiram, et quod abjectum erat reducam, et quod confractum fuerat alligabo, et quod infirmum fuerat consolidabo, et quod forte et pingue custodiam, et pascam illas in judicio. Ezech. 34.

Vos autem greges mei, greges pascuae meae homines estis, et ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Deus. Ezech. 34.

Ego sum pastor bonus, et cognosco oves meas, et cognoscunt me

meae. Sicut novit me pater, et ego nosco patrem, et animam meam pono pro ovibus meis. Joan. 10.

Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium. Et cum proprias oves emiserit, ante eas vadit: et oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus. Joan. 10.

Hic jam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. 1. Cor. 4.

Et dabo vobis pastores juxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina. Jerem. 3.

Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Joan. 10.

Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse. 1. Tim. 3.

Oportet enim episcopum sine crimine esse. Tit. 1.

Discant autem et nostri bonis operibus praeesse ad usus necessarios: ut non sint infructuosi. Tit. 3.

Attendite vobis et universo gregi, in quo vos posuit Spiritus sanctus episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Act. 20.

Seniores ergo qui in vobis sunt, obsecro, consenior et testis Christi passionum, qui et ejus quae in futuro revelanda est gloriae communicator: pascite, qui in vobis est, gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee: secundum Deum, et neque turpis lucri gratia, sed voluntarie: neque dominantes in cleros, sed forma facti gregis ex animo. 1. Pet. 5.

Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriae coronam. 1. Pet. 5.

Sacerdotes non dixerunt, ubi est Dominus? Et tenentes legem nescierunt me, et pastores praevaricati sunt in me. Jer. 2.

Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus. Jer. 50.

Fili hominis, propheta de pastoribus Israel Vae pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos: nonne greges a pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, et lanis operiebamini, et quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis, et quod aegrotum non sanastis. Quod confractum est non alligastis, et quod abjectum est non reduxistis; et quod perierat non quaesistis: sed cum austeritate imperabatis eis, et cum potentia. Ezech. 40.

Et dispersae sunt oves meae, eo quod non esset pastor. Ezech. 40.

Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed adscendit aliunde, ille fur est et latro. Joan. 10.

Mercenarius autem, et qui non est pastor, cujus non sunt oves

propriae, videt lupum venientem, et dimittit oves et fugit, lupus rapit et dispergit oves. JOAN. 10.

Ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam. Omnes in viam suam declinaverunt, unusquisque ad avaritiam suam a summo usque ad novissimum. ESA. 56.

Propterea, pastores, audite verbum Domini. Vivo ego, dicit Dominus Deus, quia pro eo, quod facti sunt greges mei in rapinam, et oves meae in devorationem omnium bestiarum agri, eo quod non esset pastor: neque enim quaesierunt pastores gregem meum, sed pascebant semetipsos, et greges meos non pascebant. EZECH. 34.

Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, et cessare faciam, ut ultra non pascant gregem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos. Et liberabo gregem meum de ore eorum, et non erit ultra eis in escam: dicit Dominus. EZECH. 34.

Vae pastoribus, qui disperdunt, et dilacerant gregem pascuae meae: Idem haec dicit Dominus: Vos dispersistis gregem meum, et ejecistis eos: ecce, ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum: ait Dominus. JEREM. 23.

Ululate, pastores, et clamate, et aspergite vos cinere, optimates gregis, et quia completi sunt dies vestri, ut interficiamini, et dissipationes vestrae, et cadetis quasi vasa pretiosa. Vox clamoris pastorum et ululatus optimatum gregis; quia vastavit Dominus pascua eorum conticuerunt erva pacis a facie irae furoris Domini. JEREM. 25.

DELLA PAZIENZA.

Patientia lenietur princeps.
Prov. 14.

La *pazienza* è una virtù che fa sostenere le avversità, i dolori, le ingiurie, gli incomodi, ec., con moderazione e senza mormorare.

Intendesi pure per pazienza la bontà con cui uno prestasi ad udire od a soffrire, per pura generosità, le cose di cui sarebbe libero a lui di evitare la noja.

Non abusiamo della pazienza che altri ci dimostra, poichè dobbiamo temere che la pazienza stanca non degeneri in disgusto profondo, o in odio, e talvolta pure in furore. Il latte è un liquore ben dolce per propria sua natura, ma ove sia esposto lungo tempo all'ardore del fuoco, entra in effervescenza e trabocca dagli orli del vaso che lo contiene.

Verumtamen Deo subjecta esto, anima mea, quoniam ab ipso patientia mea. Psal. 61.

Impatiens operabitur stultitiam. Prov. 14.

Vae his, qui perdiderunt sustinentiam! Eccles. 2.

Quare non magis injuriam accipitis? 1. Cor. 6.

Patientia pauperum non peribit in finem, Psal. 9.

Ne dicas: Reddam malum pro malo. Expecta Dominum, et liberabit te. Prov. 20.

Quoniam servasti verbum patientiae meae, et ego servabo te ab hora tentationis, quae ventura est in orbem universum tentare habitantes in terra. Apoc. 3.

Quod autem in bonam terram hi sunt, qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent, et fructum afferunt in patientia. Luc. 8.

Quaecumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus. Rom. 15.

Longanimis forti praestat, et qui animo suo imperat, ei qui expugnat urbes. Prov. 16.

Doctrina viri per patientiam noscitur. Prov. 19.

Melior est patiens arrogante. Eccles. 7.

In patientia vestra possidebitis animas vestras. Luc. 21.

Charitas patiens est, benigna est: 1. Cor. 13.

Patientia autem vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. Hebr. 10.

Ideo et nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus, et circumstans nos peccatum per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet. Hebr. 12.

Qui patiens est, multa gubernatur sapientia; qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam. Prov. 14.

Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia. 2. Cor. 6.

Faciens misericordias Dominus, et judicium omnibus injuriam patientibus. Psal. 102.

Usque ad tempus sustinebit patiens. Eccles. 1.

Qui timent Dominum custodiunt mandata illius: et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius. Eccles. 2.

Patientes igitur estote fratres usque ad adventum Domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terrae, patienter ferens, donec accipiat temporaneum et serotinum. Jac. 5.

Patientes estote et vos, et confirmate corda vestra, quoniam adventus Domini appropinquabit. Jac. 5.

Ecce judex ante januam assistit. Exemplum accipite fratres exitus mali, et longanimitatis, et laboris, et patientiae: Prophetas, qui loquuti sunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audistis, et finem Domini vidistis: quoniam misericors Dominus et miserator. Jac. 5.

Paratus debet esse homo justus et pius, patienter eorum malitiam sustinere, quos fieri bonos quaerit, ut potius numerus crescat bonorum, non ut pari malitia se quis numero addat malorum.
Aug. *de puero centurion.*

Perfacile est vestem contemptam habere, inclinato capite incedere, velum super capillos dimittere, sed verum humilem patientia ostendit injuriae. Aug. *in epist. ad Probam.*

Ne indignemini, fratres, si in mundo mali florent, et vos adversa patimini, quia non est christianae religionis in temporalibus exal-

tari, sed potius deprimi. Mali enim nihil habent in coelo, et vos nihil habere debetis in terra; sed spe illius boni, ad quod tenditis, quicquid in via contingit, gaudere debetis. Aug. *in sermone de patientia.*

Fratres charissimi, et bonos et justos viros semper persecutionem malorum sustinuisse cognoscimus. Si diligenter consideramus, inveniemus illos majora supplicia sustinuisse, qui faciunt, quam qui sustinere videntur. Omnis enim homo, qui alium in corpore persequitur, prius ipsum in corde persecutionem sustinere cognoscitur. Nam si etiam ille, qui persequitur, aliquid de substantia ejus tulerit, majus ipse dispendium sibi facit. Quia nemo habet injustum lucrum sine justo damno: ubi est lucrum, ibi et damnum: lucrum in arca, damnum in conscientia: tulit vestem, et perdidit fidem: acquirit pecuniam, et perdit justitiam. Aug. *in serm. innocentium.*

Quanto in hac vita fruimur Deo, vel per speculum, vel in aenigmate, tanto peregrinationem nostram et tolerabilius sustinemus, et ardentius sufferre cupimus. Aug. *de doctrina cristiana lib.* 1.

Deus in passione sua percussus ad maxillam non praebuit aliam: demonstrans, illa magna praecepta patientiae non in ostentatione corporis, sed in cordis praeparatione facienda.

Aug. *super Joan. homil.* 58.

Illud est magnificum, si subjectus contumeliis judicium Dei laudes: si vexatus aegritudine judicio Dei deputes: si inopia non revocet, quo minus laudes justitiam Dei. Ambr. *super beat. immaculati.*

Magna est consolatio in eo, quod displicet; quod ordinante illo erga nos agitur, cui non nisi justum placet. Greg. *lib.* 2. *moral.*

Faciamus de necessitate virtutem seu voluntatem: exempli gratia: Proprium quis amisit filium, substantiam alius omnem et fortunae bona, si noveris, quod pactum est semel, nec deleri amplius, nec solvi posse, licebit ea insanabili calamitate utilitatis aliquid comparare, si magno ac virili animo adversos tuleris fortunae casus, proque maledictis Domino laudem referas, hoc pacto, quae praeter spem obvenerint mala, in voluntatis officium commutabis.

Joan. Chrys. *serm.* 10.

Magna est virtus, si non laedas a quo laesus es. Magna est fortitudo, si etiam laesus remittas. Magna est gloria, si, cui potuisti nocere, parcas. Isid. *soliloq. lib.* 2.

Discat non murmurare qui mala patitur, et si ignorat cur mala patitur, per hoc se juste pati arbitretur, quia ab illo judicatur cujus nunquam injusta judicia sunt. Isid. *lib.* 4. *de summo bono.*

Ad virtutes spectat, tribulationes fortiter sustinere: ad sapien-

tiam, in tribulationibus gaudere. Confortare cor tuum, et sustine Dominum: virtutis est, gustare et videre, quoniam suavis est Dominus sapientiae. BERN. *super. cant.*

Qui dolorem capitis non patimur benigne, quomodo pro Christo capitis abscissionem pateremur? Qui flagellum timent, quomodo flagella sustinerent? HUGO. *lib.* 2. *de claustro animae.*

Beatus est igitur sapiens in tormentis: sed quum torquetur pro fide, pro justitia, pro Deo, illa patientia doloris beatissimum faciet. LACTANT.

DELLA PATRIA.

Odit valde patriam, qui sibi bene putat, quum peregrinatur.
Psal. 93.

La *patria* è il paese, lo Stato in cui l'uomo è nato. Essa deve essere considerata come una casa ove regni la pace e l'armonia d'una famiglia. Quando un cittadino non sente fatta a se l'offesa fatta agli altri, quando egli non si adopera alla miglioranza della sua patria, devesi dire che questa sia nello stato di barbarie, di corruzione e decadenza.

Chiamasi pure *patria celeste* il Cielo, considerato come soggiorno de'Beati.

Cui peregrinatio dulcis est, non amat patriam. Si dulcis est patria, amara est peregrinatio; tota die tribulatio, quando in patria non est delectatio. Aug. *in psal.*

Non solum Dominus et caput prophetarum, qui a Moyse propheta nominatur, sed Elias et caeteri prophetae, minus in patria, quam in caeteris civitatibus sunt honorati: quia propemodum naturale est, cives civibus invidere; non enim considerant praesentia viri opera, non virtutem, sed fragilis recordantur infantiae, quasi non et ipsi per eosdem aetatis gradus ad maturam aetatem pervenerint.
Beda *in Luc.* 4.

Nimis dulcis est recordatio patriae, quae in ostili terra probatur existere: nam quanto haec amara sentitur; tanto fit illa suavior: de loco enim peregrinationis proprii domicilii crescit effectus.
Cassiod. *in psal.* 137.

Ait Ovidius:

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, et immemores non sinit esse sui.

Magnum virtutis principium est, ut discat paulatim exercitatus animus visibilia et transitoria primum commutare, ut postmodum possit derelinquere. Delicatus ille est adhuc, cui patria dulcis est: fortis autem jam, cui omne solum patria est: perfectus vero, cui mundus exilium est. Hug. *de S. Vict. in didas. lib.* 3. *cap.* 2.

DELLA POVERTA'.

Paupertas est duplex: scilicet paupertas ex coacta necessitate, et paupertas ex propria voluntate.
Thom.

La *povertà* è la mancanza delle cose necessarie alla vita. Non v' ha alcun genere di lavoro che non voglia essere preferito all'umiliazione che trae seco la povertà; ma è d'uopo avere il coraggio d'esser poveri, piuttostochè avvilire l'animo suo con alcuno di quegli atti i quali degradano la propria nobiltà.

Si dice che la povertà è vergognosa, poichè suppone mancanza di merito, o mal procedere di chi n'è vessato. Talvolta è questa una falsa idea, cioè quando maggiore è il numero de' perversi che traviano la giustizia. È allora che la povertà lascia di essere una vergogna, è stimolo a delitto e cagione di pubblica corruzione. V' è pure una povertà che direttamente è voluta, perchè gl' individui non provvedano al male presente e sia preclusa la via di miglior fortuna. Miserabile stato!

Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quam qui prava labia habet, et stultus est. Prov. 19.

Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quam dives in pravis itineribus. Prov. 28.

Pauper propter scientiam et religionem gloriam adipiscitur, et dives ob divitias suas in honore est. Eccl. 10.

Memento paupertatis in tempore abundantiae et inopiae, ac penuriae in die divitiarum. Eccles. 18.

Scio tribulationem tuam, et paupertatem tuam, sed dives es. Apoc. 2.

Noli timere, fili mi: pauperem quidem vitam egimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, et recesserimus ab omni peccato, et fecerimus bene. Tob. 4.

Edent pauperes, et saturabuntur. Psal. 21.

Pauper qui sibi laborat, praestat glorioso, qui pane indiget. Prov. 12.

Est, qui sese divitem simulat, quum tamen omnino nihil habeat: est rursus, qui fingit se pauperem, quum opibus abundet. Prov. 13.

Melius est parum cum timore Domini, quam thesauri magni et insatiabiles. Prov. 15.

Melius est parum cum justitia, quam multi fructus cum iniquitate. Prov. 16.

Melior est puer pauper et sapiens, rege sene et stulto, qui nescit praevidere in posterum. Eccles. 4.

Non deerunt pauperes in terra habitationis tuae: idcirco ego praecipio tibi, ut aperias manum fratri tui egeno et pauperi, qui tecum versatur in terra. Deut. 15.

Et adjuvit pauperem de inopia. Psal. 106.

Novit justus causam pauperum. Prov. 29.

Congregationi pauperum affabilem te facito. Eccles. 4.

Tantum et pauperum memores essemus. Gal. 2.

Parasti in dulcedine tua pauperi, Deus. Psal. 67.

Est homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, et abundans paupertate, et oculus Dei respexit illum in bono, et erexit eum ab humilitate ipsius, et exaltavit caput ejus, et mirati sunt in illo multi, et honoraverunt Deum. Eccles.

Confide in Deo, et mane in loco tuo. Facile est enim in oculis Dei subito honestare pauperem. Eccles.

Et pascentur primogeniti pauperum, et pauperes fiducialiter requiescent. Quia Dominus fundavit Sion, et in ipso sperabunt pauperes populi ejus. Esa. 14.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum coelorum. Matth. 5.

Et populum pauperem salvum facies. 1. Reg. 22.

Porro salvum faciet egenum a gladio oris eorum, et pauperem de manu violenti. Job. 5.

Eripiet de angustia sua pauperem. Job. 36.

Quoniam non in finem oblivio erit pauperis. Psal. 9.

Qui calumniatur egentem, exprobrat factori ejus. Prov. 14.

Qui despicit pauperem, probro afficit factorem ejus. Prov. 20.

Deprecatio pauperis ex ore usque ad aures ejus perveniet, et judicium illius festinato adveniet. Eccles. 21.

Quia factus es fortitudo pauperi in tribulatione sua. Esa. 25.

Super tribus sceleribus Israel, et super quatuor non convertam eum, pro eo quod vendiderit pro argento justum, pauperem pro calceamentis. Amos. 2.

Audite verbum hoc, vaccae pingues, qui estis in monte Samariae, qui calumniam facitis egenis, et confringitis pauperes. Quae dicitis dominis vestris, afferte et bibemus: juravit Dominus Deus in sancto suo, quia ecce dies venient super vos. Amos. 4.

Etiam proximo suo pauper odiosus erit. Prov. 14.

Dives injuste egit, et fremet: pauper autem laesus tacebit. Eccles. 13.

Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, et haeredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se? Jac. 2.

Omnes dies pauperis mali. Prov. 15.

Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi, in quo paratur fames. Prov. 28.

Et nequissima paupertas in ore impii. Eccles. 13.

Tres species odivit anima mea: pauperem superbum, et divitem mendacem, et senem fatuum et insensatum. Eccles. 25.

Non tibi displiceat paupertas tua, nihil ea potes diutius invenire. Visus nobis est; quod locuples sit, coelum enim quibus thesauris conferri possit, quod paupertati videmus indultum? ut ad regnum coelorum veniret, dives possessione sua obtinere non potrit, nunc obtinet, ut contemptu perveniat. Aug. *de verbis apost. serm.* 28.

Pauper Dei est animo, non in saeculo. Psalm. 31.

Nihil gravius, quam ut fratres nostros pauperiores superbo oculo despiciamus: conformes nobis intolerabili repellamus fastidio, nostra indignos gratia judicantes, quia sunt inopes: quum paupertas facilius Deo, quam thesaurus acceptior. Ambros. *in psalm.*

Ob hoc maxime amanda est paupertas, quia a quo amaris, ostendit: quippe non habet adulationem comitem sibi parcentem, fortunam hominis, et non personam amantem. Hieron. *in epist.*

Paupertas inopia mentis est, non in quantitate possessionis: nam qui cum paupertate bene convenit, dives est. Greg. *in Ezech.* 6.

Paupertas est manuductrix quaedam in via, quae ducit ad coelum, unctio athletica, exercitatio quaedam magna et admirabilis, portus tranquillus. Nihil opulentius eo, qui paupertatem sponte diligit, et eam alacriter suscipit. Chrys. *serm.* 18. *sup. epist. ad Hebr.*

Semper dives est christiana paupertas, nec pavet in isto mundo indigentia laborare, cui donatum est in omnium rerum Domino omnia possidere. Operantibus ergo quae bona sunt non omnino metuendum, ne ei desit facultas operandi: cum et in duobus minutis. Evangelica illius viduae sit laudata devotio, et pro calice aquae frigidae praemium habet gratuita largitio. Ex affectibus enim piorum benignitatis mensura taxatur: et nunquam cum miserandi efficacia

deserit, in quo misericordia ipsa non deficit. Leo *papa serm*. 4.

Pauperes Dei sunt, qui mundana superbia derelicta, humilitati se per omnia tradiderunt. Nam et si pauper superbiat, non est Dei pauper; et si locuples humilitatem diligat, non est seculi dives. Voluntates enim talium sunt inspiciendae, non nomina.

Cass. *sup. psalm*. 71.

Videamus, quam sit gloriosa ista paupertas, quam felix probetur inopia, quae Dominum et tacita laudat, et de patientiae suae virtute concelebrat: murus est, si psallat superbus: pauper et inops laudat Deum, etiam quum videtur habere silentium. Cass. *in psalm*.

Pauperes Christi sunt, qui non solum pro suis malis, verum etiam pro totius calamitatibus mundi intercedere comprobantur: egent in hoc seculo, sed sunt locupletes Deo: vitiis vacui, sed virtutibus pleni: despecti hominibus, sed acceptabiles Deo. Cass.

O miserabilis conditio mendicantis! si petit, pudore confunditur: si non petit, egestate consumitur; et ut mendicet, necessitate compellitur. Deus causatur iniquus, quod non recte dividit: proximus criminatur malignus, quod non plene subveniat: indignatur, murmurat, imprecatur. Unde Salomon: Melius est mori, quam indigere: etiam proximo suo odiosus erit pauper. Fratres hominis pauperis oderunt eum insuper, et amici recesserunt ab eo.

Innoc. *de vilitate condit. humanae*.

DELLA PACE.

Est autem pax tranquillitas ordinis, maxime in voluntate.
Thom.

La *pace* è uno stato, nel quale l'animo si riposa lontano dalle agitazioni e dalle inquietudini.

A fine di godere d' un tale stato, è d'uopo supporre una coscienza scevra da rimproveri, una sufficiente fortuna, passioni tranquille; è d'uopo supporre tali circostanze che destino un'illimitata confidenza, e sbandiscano i sospetti; una solida salute, e una perfetta rassegnazione a'decreti del Cielo.

Nessuna di queste particolarità può mancare, senza che non ne rimanga intorbidata la pace interna.

Non evvi se non una sorta di pace da sperare sopra la Terra, ed è quella che trae la sua origine dall' interna testimonianza di un animo che si è proposto il bene in ogni sua azione, e che siasi occupato sempre a riparare sufficientemente il male ch' esso ha potuto fare per inconsideratezza.

In pace in idipsum dormiam et requiescam. Psal. 4.

Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciae, et in requie opulenta. Esa. 2.

Gloria in excelsis Deo, et in terra pax erga homines beneplacitos. Luc. 2.

Nunc autem in Christo Jesu, vos qui longe eratis aliquando, facti estis prope in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum. Ephes. 2.

Et veniens evangelizavit pacem vobis, qui longe fuistis, et pacem his qui prope: quoniam per ipsum accessum habemus ambo in uno Spiritu ad Patrem. Ephes. 2.

Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem divinitatis inhabitare, et per eum reconciliari omnia in ipso, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quae in Coelis, sive quae in Terris sunt. Coloss. 2.

Verbum misit Deus filiis Israel, annuncians pacem per Jesum Christum: hic est omnium Dominus. Act. 10.

Quis restitit ei, et pacem habuit? Job. 9.

In quamcunque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui; et siquidem fuerit ibi filius pacis, requiescet super illum pax vestra; sin autem, ad vos revertetur. Luc. 10.

Et percutiam illis foedus pacis. Pactum sempiternum erit eis. Et erit tabernaculum meum in eis, et ero eis Deus, et erunt mihi populus. Ezech. 37.

Pactum meum fuit cum eo vitae et pacis, et dedit ei timorem, et timuit me, et a facie nominis mei pavebat. Malach. 2.

Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Luc. 2.

Ego enim scio cogitationes quas ego cogito super vos (ait Dominus cogitationes pacis, non afflictionis), ut dem vobis fidem et patientiam; et invocabitis me, et vivetis, et orabitis me, et exaudiam vos: quaeretis me et invenietis, cum quaesieritis me in toto corde vestro. Jer. 20.

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Joan. 14.

Haec locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. Joan. 16.

Acquiesce igitur ei, et habeto pacem, et per haec habebis fructus optimos. Job. 22.

Et loquetur pacem gentibus. Zach. 9.

Et pax Dei quae exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, et intelligentias vestras, in Christo Jesu. Phil. 4.

Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore. Coloss. 3.

Non est pax impiis, dicit Dominus. Esa. 48.

Creavi fructum labiorum pacem, pacem ei qui longe est, et qui prope est, dixit Dominus, et sanavi eum. Esa. 57.

Et ponam locum populo meo Israel, et plantabo eum, et habitabo cum eo, et non turbabitur amplius; et non addent filii iniquitatis ut affligant eum sicut prius. 2. Reg. 7.

Ædificemus civitates istas, eo quod quaesierimus Dominum Deum patrum nostrorum, et dederit nobis pacem per gyrum. 2. Par. 14.

Ipso enim concedente pacem, quis est qui contemnet? Job. 34.

Servabis pacem, pacem, quia in te speravimus. Esa. 26.

Nam si in via Dei ambulasses, habitasses utique in pace super terram. Bar. 9.

Et faciam cum eis pactum pacis. Ezech. 34.

Ipse autem Deus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. 2. THESS. 3.

Et exivit alius equus rufus, et qui sedebat super illum, datum est ei, ut sumeret pacem de terra, et ut invicem se interficiant, et illatus est ei gladius magnus. APOC. 6.

Pax multa diligentibus legem tuam. PSAL. 119.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. PSAL. 20.

Rogate quae ad pacem sunt Hierusalem. PSAL. 122.

Disciplinam in pace conservate, filii. ECCLES. 41.

Et erit opus justitiae pax, et cultus justitiae silentium, et securitas usque in sempiternum ESA. 32.

Pacem habete inter vos. MAR. 9.

Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. ROM. 12.

In pace autem vocavit nos Deus. 1. COR. 7.

Pacem habete, et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum.
2. CORINTH. 13.

Pacem sequimini cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. HEBR. 12.

Multitudinis autem credentium erat cor unum, et anima una.
ACT. 4.

Custodi innocentiam, et vide aequitatem, quoniam sunt reliquiae homini pacifico. PSAL. 37.

Et quaerite pacem civitatis ad quam transmigrare vos feci, et orate pro ea ad Deum, quia in pace illius erit pax vobis. JEREM.

Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. MATTH. 5.

Ne simul tradas me cum peccatoribus, qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum: da illis secundum opera eorum. PSAL. 28.

Sagitta vulnerans lingua eorum: pacem cum amico suo loquitur, et occulte ponit insidias. JER. 9.

Quia zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns. PSAL. 73.

Ne forte sit inter vos vir aut mulier cujus cor se avertat hodie a Domino Deo nostro. Pax erit mihi, et ambulabo in pravitate cordis mei, et assumat ebria sitientem, et Dominus non ignoscat ei. DEUT. 29.

Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem adversus patrem suum, et filiam adversus matrem suam, et nurum adversus socrum suam: et inimici hominis, domestici ejus.
MATTH. 10. et LUC. 12.

Pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis,

vinculum amoris consortium charitatis: haec est, quae simultates tollit, bella compescit, iras comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placida, nescit extolli, nescit inflari: hanc qui acceperit, teneat; qui perdiderit, repetat; qui amiserit, exquirat; quoniam qui in eadem non erit inventus, a patre abdicatur, a filio exhaeredatur: nihilominus a Spiritu Sancto alienus efficitur, nec ad haereditatem Domini poterit venire qui testimonium pacis noluerit observare. Aug. *de ver. dom.*

Concorda cum adversario tuo: nescis quando vita finiatur; quum vita finita fuerit, judex restat, et minister, et carcer. Ac si servaveris adversario tuo bonam voluntatem, et cum eo consenseris, pro judice invenies patrem, pro ministro saevo Angelum tollentem te in sinum Abrahae, pro carcere paradisum. Aug.

Tale bonum est bonum pacis, ut in rebus creatis nil gratiosius soleat audiri, nil delectabilius concupisci, et nil utilius possideri. Spiritus enim humanus nunquam vivificat membra, nisi fuerint unita: sic Spiritus Sanctus nunquam vivificat Ecclesiae membra, nisi fuerint in pace unita. Aug. *de civ. Dei.*

Nemo vires suas in pace cognoscit: si enim bella desunt, virtutum experimenta non proderunt. Greg. *in moral.*

Infelix populus Dei non potest in bono tantam habere concordiam, quantam mali habent in malo. Hieron. *in psal.*

Melior est talis pugna, quae Deo proximum facit, quam pax illa, quae separat a Deo. Nazianz. *in apol.*

Non timeas contra charitatem esse, si unius scandalum multorum recompensaveris pace. Melius est enim ut pereat unus, quam unitas. Bern. *in epist.*

In tantum humanae pacis Christus studuit concordiae, ut unitatis merito omnia quae a Deo precanda sunt, impetranda esse confirmet: et ubi duo vel tres pari spiritu et voluntate collecti sunt, ibi se medium eorum pollicetur futurum. Hilar. *sup. Matth.*

Speciosum quidem nomen est pacis, et pulchra est opinio unitatis: sed quis ambigit eam solam Ecclesiae atque unitam pacem esse quae Christi est. Hilar.

Concordia malorum contraria est bonorum; et sicut optandum ut boni pacem habeant ad invicem, ita optandum ut mali sint discordes. Impeditur enim iter bonorum, si unitas non dividitur malorum. Isid. *lib.* 3. *de sum. bon.*

Tunc est vera pax hominis et vera libertas, quando et caro animo judice regitur, et animus Deo praeside gubernatur. Leo. *in serm.*

Falsae pacis tres sunt species. Est enim pax aestimata, pax simu-

lata, pax imperata. Dum enim inter seculares pacem quaerimus, dum discordes ad concordiam revocamus, aestimant seculares quod pacem inter nos habeamus: dum in vestimentis ovium foris eximus, et intus quasi lupi rapaces gregem simplicem furtim lacerando dispergimus, pacem simulamus, sed non habemus: dum vero praelati subditis imperant, et eos disciplinae legibus non coarctant, solummodo pacem docent, et non tenent: aestimant pacem seculares, simulant perversi claustrales, imperant et non tenent lepidi pastores. Sic igitur aestimatur a nescientibus, simulatur a non habentibus, imperatur a non tenentibus: sed verae pacis tres sunt species, scilicet pax probata, pax confirmata, pax certa.

Hugo. *de claustro animae, lib.* 3. *cap.* 9.

Pax est concordantium in bono animorum ordinata tranquillitas.

Cass. *in psal.*

Pax vera est concordiam habere cum moribus probis, et litigare cum vitiis. Cass. *in psal.*

Habeatis unitatem spiritus in vinculo pacis, nec inveniri potest forma expressior conversationis angelicae, quam unitas socialis.

Cass. *in psal.*

DEL PECCATO.

Qui facit peccatum ex diabolo est. 1. JOAN. 3.

Il *peccato* è la trasgressione della leggè divina.

Il peccato è *mortale* o *veniale*: esso è veniale quando è piuttosto l'effetto della fragilità che della volontà deliberata. Il peccato mortale distrugge intieramente in noi la grazia santificante, e ci dà in preda all'eterna dannazione, ove morissimo prima dello averne concepito un sincero pentimento, e d'averne espiata la colpa colla penitenza.

Chiamasi *peccato originale* la macchia inerente all'umana natura dopo la disobbedienza d'Adamo.

ECCE enim in iniquitatibus conceptus sum. PSAL. 51.

Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit. ROM. 5.

Nequaquam ultra maledicam terrae propter hominem: eo quod sensus et cogitatio humani cordis in malum prona sint ab adolescentia sua. GEN. 8.

Semen enim erat maledictum ab initio. SAP. 12.

Aut quid nequius, quam quod excogitavit caro et sanguis? ECCLES. 17.

Et facti sumus ut immundi omnes nos: et quasi pannus menstruatae universae justitiae nostrae. ESA. 64.

Scimus enim, quia lex spiritualis est: ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. ROM. 7.

Caro enim concupiscit adversus spiritum; Spiritus autem adversus carnem. GAL. 5.

Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi JOAN. 1.

Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei te donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit. ROM. 5.

Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel. ROM. 6.

Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus. GAL. 5.

Ipse autem est misericors, et propitius fiet peccatis eorum. Et recordatus est, quia caro sunt. PSAL. 18.

Quomodo miseretur pater filiorum. Recordatns est, quoniam pulvis sumus. PSAL. 103.

Corpus enim, quod corrumpitur, aggravat animam. SAP. 9.

Error et tenebrae peccatoribus concreata sunt: qui autem exultant in malis, consenescunt in malo. ECCLES. 11.

Peccatum suum quasi Sodoma praedicaverunt, nec absconderunt. Vae animae eorum, quoniam reddita sunt eis mala. ESA. 3.

Vae! qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, et, quasi vinculum plaustri, peccatum! Vae! qui dicitis bonum malum! ESA. 5.

Non est sanitas in carne mea a faciae irae tuae. PSAL. 38.

Quoniam iniquitates meae supergressae sunt caput meum.
PSAL. 38.

Vir peccator adjiciet ad peccandum. ECCLES. 3.

Non est enim ei bene, qui assiduus est in malis. ECCLES. 12.

Duo genera abundant in peccatis: Anima calida quasi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid glutiat: et homo scortator, qui corpore carnis suae non conquiescit, donec ignem succenderit.
ECCLES. 23.

Et qui in uno peccaverit, multa bona perdet. ECCLES. 9.

Quid proderit libatio idolo? Nec enim manducabit, nec odorabit. Sic qui effugatur a Domino, et portans mercedes iniquitatis. Videns oculis, et ingemiscens, sicut spado complectens virginem et suspirans. ECCLES. 30.

Ecce non est abbreviata manus Domini. ut salvare nequeat; sed iniquitates et peccata vestra abscenderunt vultum ejus a vobis, ne exaudiat. ESA. 59.

Si autem averterit se justus a justitia sua, omnes justitiae ejus, quas fecerat, non recordabuntur. EZECH. 18.

Justitia justi non liberabit eum, in quacunque die peccaverit. Et justus non poterit vivere in justitia sua, in quacunque die peccaverit. Etiam si dixero justo, quod vita vivat, et confisus in justitia sua fecerit iniquitatem, omnes justitiae ejus oblivioni tradentur, et iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur. EZECH. 33.

Cum enim recesserit justus a justitia sua, feceritque iniquitates, morietur in eis. EZECH. 53.

Et omnis qui peccat, non videt eum. 1. JOAN. 3.

Non est enim homo, qui non peccet. 1. REG. 8.

Non est enim homo justus in terra, qui faciat bonum, et non peccet. ECCLES. 7.

Fili, peccasti; ne adjicias iterum, sed et de pristinis deprecare, ut dimittantur tibi. Tamquam a conspectu serpentis fuge peccatum; nam si accesseris, mordebit te. Dentes leonini sunt dentes ipsius, interficientes animas hominum. Quasi rhomphaea bis acuta hominis iniquitas, plagae illius non est sanitas. ECCLES. 21.

In vanitate sua apprehendetur peccator. ECCLES. 23.

Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. MATTH. 26.

Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus. Peccatum enim vobis non dominabitur. ROM. 6.

Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est. 1. JOAN. 1.

Omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit. JOAN. 3.

Dominus patiens, et multae misericordiae, auferens iniquitatem et scelera, nullumque innoxium derelinquens, qui visitat peccata patrum in tertiam et quartam generationem. NUM. 14.

Justitia elevat gentem, miseros autem facit populos peccatum. PROV. 14.

Vultus Domini super facientes mala. PSAL. 34.

Et adhuc pusillum, et non erit peccator. PSAL. 37.

Per quae quis peccat, per haec et punietur. SAP. 11.

Vae genti peccatrici! populo gravi iniquitate! semini nequam, filiis sceleratis! Dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt Sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos ultra, addentes praevaricationem? Omne caput languidum, et omne cor moerens: Terra vestra deserta, civitates vestrae succensae igni: Regionem vestram coram vobis alieni devorant. ESA. 1.

Quis dedit in direptionem Jacob et Israel vastantibus? Nonne Dominus ipse est, cui peccavimus? Et noluerunt in viis ejus ambulare. Et effudit super eum indignationem furoris sui, et forte bellum. ESA. 42.

Populo autem huic factum est cor incredulum, et exasperans, recesserunt et abierunt, et non dixerunt, in corde suo: Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluviam temporaneam et serotinam in tempore suo, plenitudinem annuae messis custodientem nobis. Iniquitates vestrae declinaverunt haec, et peccata vestra prohibuerunt bonum a vobis. JEREM. 5.

Non est uva in vitibus, et non sunt ficus in ficulnea: folium defluxit, et dedit eis quae praetergressa sunt. Convenite, et ingrediamur civitatem munitam, et sileamus ibi, quia Dominus Deus noster silere nos fecit; et potum dedit nobis aquam fellis. Peccavimus enim Domino. JEREM. 8.

Propter multitudinem iniquitatis tuae revelata sunt verecundiora tua, pollutae sunt plantae tuae. JEREM. 13.

Pluet super peccatores laqueos. PSAL. 10.

Impium suae ipsius iniquitates capiunt, funibus peccatorum suorum irretitur. PROV. 5.

Si justus in terra recipit, quanto magis impius et peccator? PROV. 5.

Peccantem virum iniquum involvet laqueus. PROV. 29.

Malorum amatores digni sunt morte. SAP. 15.

Leo venationi insidiatur semper: sic peccata operantibus iniquitates. ECCLES. 27.

Discedite a me maledicti in ignem aeternum. MATTH. 25.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu: propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo. PSAL. 24. 25.

Beati, quorum remissae sunt iniquitates. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum. PSAL. 32.

Miserere mei, Deus; et secundum multitudinem miserationum tuarum. PSAL. 32.

Si iniquitates observaveris Domine, quis sustinebit? Sed apud te propitiatio est: PSAL. 130.

Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Jacob, et iste omnis fructus, ut auferatur peccatum ejus. ESA. 27.

Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, et peccatorum tuorum non recordabor. Reduc me in memoriam, et judicemur simul. ESA. 43.

Posuit Dominus super eum iniquitatem omnium nostrum. ESA. 53.

Ecce ego obducam eis cicatricem et sanitatem. Et convertam conversionem Juda. JER. 33.

Deponet iniquitates nostras, et projiciet in profundum maris omnia peccata nostra. MICH. 7.

Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. MATTH. 1.

Ut autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. MATTH. 9.

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. JOAN. 1.

In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum. EPHES. 1.

Notum igitur sit vobis, viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur, ab omnibus, quibus non potuistis, in lege Moysi justificari. ACT. 13.

Et sanguis Jesu Christi Filii ejus emundat nos ab omni peccato. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est et justus, ut remittat nobis. JOAN. 1.

Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Joan. 2.

Et scitis, quia ille apparuit, ut peccata tolleret, et peccatum in eo non est. Joan. 3.

Et dixi, vae mihi, quia tacui: quia vir pollutus labiis ego sum Esa. 6.

Et volavit ad me unus de Seraphim, et in manu ejus calculus quem forcipe tulerat de altari, et tetigit os meum et dixit: Ecce tetigi hoc labia tua, et auferetur iniquitas tua, et peccatum tuum mundabitur. Esa. 6.

Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: et quorum retinueritis, retenta sunt. Joan. 20.

Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non imputando eis peccata ipsorum, posuitque in nobis sermonem hunc reconciliationis. Itaque nomine Christi legatione fungimur, velut Deo vos praeeunte per nos: oramus Christi nomine, reconciliamini Deo. 2. Cor. 5.

Nemo renascitur in Christi corpore, nisi prius nascatur in peccati corruptione. Aug. *de bapt. parvul.*

Nullus sanctus et justus caret peccato: nec tamen ex hoc desinit esse justus, vel sanctus, cum affectu teneat sanctitatem.

Aug. *de eccles. dogm.*

Tribus gradibus ad peccatum pervenitur: suggestione, delectatione, consensione. Itaque ipsius peccati tres sunt differentiae, in corde, in facto, et in consuetudine, tanquam tres mortes. Una, quasi in domo, quum corde consentitur libidini: altera, quasi prolata jam extra portam, quum in factum procedit assensio: tertia, quum in consuetudinis malae tamquam mole terrena premitur animus, quasi in sepulchro jam putrens: quae tria genera mortuorum Dominum suscitasse, quisquis Evangelium legit, agnoscit.

Aug. *in lib. de serm. in monte, et ponitur de poenitent. distin.* 2.

Primum peccatum est, cogitasse quae mala sunt: secundum, cogitationibus acquievisse perversis: tertium, quod est deterius, opere complesse: quartum est peccatum, non facere poenitentiam, et in suo complacere sibi delicto. Hieron.

Prioris peccati merito peccatorum subsequentium fovea tegitur: ut qui malum sciens perpetrat, deinceps juste in alia etiam nesciens cadat. Hoc quippe agitur ut culpis culpa feriatur, quatenus supplicia fiant peccantium ipsa incrementa vitiorum. Gregor. *lib. moral.*

Peccatum, quod ex peccato oritur, non jam peccatum tantummodo, sed et peccatum est, et poena peccati: quia justo judicio omnipotens Deus cor peccantis obnubilat: ut praecedentis peccati merito etiam in alia cadat: ut qui malum sciens perpetrat, deinceps juste in alia etiam nolens cadat. Gregor.

DELLA PERFEZIONE.

Ambula coram me, et esto perfectus. GEN. 17.

La *perfezione* è il complesso degli attributi che sostituisce un oggetto qual deve essere nel suo genere.

La parola perfezione, presa nel rigore del termine, non può caratterizzare altri che Dio; poichè la debolezza dell'umana natura, gli stretti limiti dello spirito nostro, ed i caratteri delle nostre inclinazioni concorrono ad allontanarci dalla perfezione.

QUI autem servat verbum ejus, vere in hoc charitas Dei perfecta est. 1. JOAN. 2.

Si diligimus invicem, Deus in nobis manet, et charitas ejus in nobis perfecta est. JOAN. 4.

In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicii, quia sicut ille est, et nos sumus in hoc mundo. JOAN. 4.

Perfectus eris, et absque macula cum Domino Deo tuo. DEUT. 18.

Timete Dominum, et servite ei perfecto corde, atque verissimo. JOSUE. 24.

Estote ergo vos perfecti. MATTH. 5.

Si vis perfectus esse, vade et vende omnia quae habes. MATTH 19.

Non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim. Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. PHIL. 3.

Corripientes omnem hominem, et docentes in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Jesu. COLOSS. 1.

Omnis Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendnm, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia: ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. 2. TIM. 3.

Patientia autem opus perfectum habeat, ut sitis perfecti et integri, in nullo deficientes. JAC. 3.

Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. JACOB. 3.

Curnam praecipitur homini ista perfectio cum eam in hac vita nemo habeat? non enim recte curritur, si quo currendum est nesciatur: quomodo ergo sciretur, si nullis praeceptis ostenderetur? AUG. *lib. de perfect. justitia.*

Haec est in omnibus sola perfectio, suae imperfectionis cognitio. Hier. *in epist. ad Theod.*

Plerumque hi, quos jam perfectos homines aestimant, adhuc in oculis summi opificis aliquid habent imperfectionis. Sic saepe imperiti homines nedum perfecta sculpta sigilla conspicimus: et jam quasi perfecta laudamus, quae tamen adhuc artifex considerat et limat: laudari jam audit, et tamen ea tandem meliorando non desinit. Greg. *lib.* 4. *dial.*

Onus oneri additur, et minus onerat, et si oneri gravissimo legis accedens quadriga evangelii, et auxit perfectionem, et minuit difficultatem. Bern. *in epist.* 72.

Deo, a quo nos sumus facti, nos reddamus, nec dominari nobis ea quibus sumus naturaliter praepositi permittamus: dominetur utilis ratio, subjiciatur corpus animo, animus Deo; et impleta est tota hominis perfectio: sicut viventia vita carentibus, sensibilia non sentientibus, immortalia mortalibus ratiocinando praeponimus; ita bene vivendo voluptuosis utilia, utilibus honesta, honestis sancta, sanctis omnia perfecta praeferamus. Prosp. *lib.* 3. *de vita contempl.*

Si vis perfectus esse, etc. Ille, qui mutavit pro divitiis paupertatem ut fieret perfectus, non in ipso tempore, quo tradidit bona sua pauperibus, habetur omnino perfectus, sed ex illa die incipit speculatio Dei adducere eum ad omnes virtutes. Orig. *sup. Matth.* 20.

Fiat voluntas tua. Voluntas Dei est, quam Christus et fecit et docuit; humilitas in conversatione: stabilitas in fide: verecundia in verbis: in factis justitia: in operibus misericordia: in moribus disciplina: injuriam facere non nosse, et factam posse tolerare: cum fratribus pacem tenere: Deum toto corde diligere: amare in illo: quod pater est timere, quod Dominus est: Christo nihil omnino praeponere, quia nec nobis quicquam ille praeposuit. Cyp. *epist. de orat. dominica.*

DELLA PERFIDIA.

Nullis meritis perfidia mitigari potest.

La *perfidia* è un mancamento di fede, è l'arte ingannatrice che tende a guadagnarsi l'altrui piena confidenza per abusarne con maggior sicurezza.

La perfidia, secondo La Bruyère, è la menzogna di tutta la persona; e nel vero essa impiega e i discorsi e le maniere per raggiugnere il fine a cui tende col suo artifizio.

Justitiæ illius distributivae, quae in societate politica praestari debet ad reipublicae conservationem pars praecipua est fides, quae in pactorum promissorumque observatione constanti consistit, quae etiam constantia in pactis et promissis appellatur. Haec virtus rara est admodum inter homines, unde querelae Psal. 12. 2, et Jerem, 5. 1. Virtuti huic opponitur perfidia, quando quis non stat promissis et pactis conventisque nulla justa de causa.

Fugienda vero est perfidia, quia prohibita est a Deo in lege. Exod. 20. Non dices falsum testimonium contra proximum tuum. Summopere Deo displicet. Ose. 4. 1. 2. Et poenam habet comitem. *Ibid.* 2. 3. Simulata fides, seu astuta, fucata, variisque praetextibus ac humanis inhumanis commentis fucata perfidia, quae ex summo jure summam aliis sibique tandem creat injuriam, in eo tota est, ut perfidus se esse et fore promissorum pactorumque observantem prae se ferat, hoc agens, ut tandem eludat eum cui se promisso aut pacto constrinxit. Fucata illa perfidia Deo prorsus displicet: Psal. 12. 3. ut quibuscunque locis, ubi de homine, qui duplex cor habere dicitur, Scriptura meminit. Psal.

DELLO SPERGIURO E DEL GIURAMENTO

Perjurium est mendacium juramento firmatum. THOM.

Lo *spergiuro* è il delitto di colui che ha scientemente pronunziato un falso giuramento, o che trasgredisce la fede giurata.

Il *giuramento* è il più sacro legame che possa contenere gli uomini, ed è da notarsi non essere stato introdotto se non allorquando la doppiezza, la menzogna, la furberia ebbero prevaluto fra gli uomini.

Una tal precauzione torna ciò non pertanto spesse volte insufficiente; poichè colui il quale disprezza i proprj doveri e la legge che glieli prescrive, colui il quale s'espone al dileggio altrui ed all'interno rimorso, è ben vicino allo scouoscere la religione del giuramento.

ILLE qui hominem provocat ad jurationem et scit eum falsum juraturum esse, vincit homicidam: quia homicida corpus occisurus est, ille animam, immo duas animas; et ejus animam quem jurare provocavit, et suam. Scis verum esse quod dicis, et falsum quod ille dicit, et jurare compellis, ecce jude illius morte satiari voluisti. AUG. *in decollatione Joannis-Baptistae.*

Quacunque arte verborum quis juret, Deus tamen, qui conscientiae testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit. Dupliciter autem reus fit: quia et nomen Dei in vanum assumit, et proximum dolo capit. ISIDORUS. *lib.* 2. *sententiarum.*

Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra. EXOD. 20.

Anima quae juraverit, et protulerit labiis suis, ut vel male quid faceret, vel bene, et non fecerit, et idipsum juramento et sermone firmaverit, oblitaque post ea intellexerit delictum suum, agat poenitentiam pro peccato, et offerat de gregibus agnam sive capram, orabitque pro ea sacerdos, et pro peccatis ejus. LEVIT. 3.

Non usurpabis nomen Dei tui frustra, quia non erit impunitus qui super re una nomen ejus assumpserit. DEUT. 5.

Iterum audistis, quia dictum est antiquis: Non perjurabis, reddes autem Domino juramenta tua. Ego autem dico vobis: non jurate omnino, neque per coelum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum pedum ejus. Sit autem sermo vester: est, est: non, non: quod autem his abundantius est, a malo est. MATTH. 5.

Vae vobis, duces caeci! qui dicitis: Quicumque juraverit per templum, nihil est: qui autem juraverit in auro templi, debitor est. Stulti et caeci, quid est majus, aurum, an templum quod sanctificat aurum? Et quicumque jurat in templo, jurat in illo, et in eo qui habitat in ipso. Et qui jurat in coelo, jurat in throno Dei, et in eo qui sedet super eum. MATTH. 23.

Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui: ego Dominus. LEVIT. 19.

Jurationi non assuescat os tuum, non multi enim casus in illa. Nominatio vero Dei non sit assidua in ore tuo, et in nominibus sanctorum non admiscearis, quoniam non eris immunis ab eis. ECCLES. 23.

Vir multum jurans implebitur iniquitate, et non discedet a domo illius plaga. Et si frustraverit fratrem, delictum illius super ipsum erit: et si dissimulaverit, delinquit dupliciter: et si in vanum juraverit, non justificabitur. ECCLES. 23.

Ante omnia autem, fratres mei, nolite jurare, neque per coelum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum. Sit autem sermo vester: est, est; non, non: ut non sub judicio decidatis. JACOB. 5

Dominum Deum tuum timebis, et illi soli servies, ac per nomen illius jurabis. DEUT. 6.

Audite haec domus Jacob, qui juratis in nomine Domini, et Dei Israel recordamini non in veritate, neque in justitia. ESA. 48.

Et jurabis, vivit Dominus, in veritate, et in judicio, et in justitia. JEREM. 4.

Abrahae namque promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem juraret, majorem, juravit per semetipsum. HEB. 6.

Homines enim per majorem sui jurant: et omni controversiae eorum finis, ad confirmationem, est juramentum. HEBR. 6.

Ita ergo praecepisse Dominum intelligitur, ne juraretur, ne quisquam sicut bonum appetat jusjurandum, et assiduitate jurandi ad perjurium per consuetudinem dilabatur. Quapropter qui intelligit non in bonis, sed in necessariis jurationem habendam, refrenat se quantum potest, ut non ea utatur nisi necessitas cogat: videlicet cum

videt pigros esse homines ad credendum quod eis utile est credere, nisi juratione affirmetur. AUG. *de serm. Domini in monte.*

Tu malum non facis, quia uteris bene juratione: quae etsi non bona, tamen necessaria est, ut alteri persuadeas quod utiliter persuades; sed a malo est illius, cujus infirmitate jurare cogeris.

AUG. *de serm. Domini in monte.*

Quod David juramentum per sanguinis effusionem non implevit, major pietas fuit. Video David pium hominem et sanctum in jurationem temerariam incidisse, et maluisse non facere quod juraverat, quam jurationem suam hominis fuso sanguine adimplere.

AUG. *in decollat. sancti Joannis Baptistae.*

Quamvis dictum sit, ne juremus, nusquam me in Scripturis Sanctis legisse memini, ne ab aliquo jurationem recipiamus. AUG.

Monet te utrum ejus fide utendum sit, qui, ut eam servet, per daemonia juraverit. Ubi te volo prius considerare, utrum si quispiam per deos falsos juraverit se fidem servaturum; et eam non servaverit, non tibi videtur bis peccasse? si enim tali jurationi promissam servaret fidem, ideo tamen peccasse judicaretur, quia per falsos deos juraverit se fidem servaturum. Illud autem nemo reprehenderet, quia fidem servavit. Nunc vero quia et juravit, per quos non debuit, et contra pollicitam fecit fidem quod non debuit, bis utique peccavit. Ac per hoc qui fide illius, quem constat jurasse per falsos deos, utitur non ad malum, sed ad bonum et licitum, non peccato illius se sociat qui per daemonia juravit.

Nec credo sacramentum ad hoc debere fieri, ut injusta juratio suorum bonorum sit injuste jurantibus expoliatio, et accipiendi aeterna damnatio. Perjurii namque percutitur poena, et velut homicida in extremo examine a justo judice degrandinabitur, per quem sacrosanctum evangelium ad injustum et illicitum, Deo minime amabile, quasi testimonium justae et humanae petitionis adducitur.

Et jurabunt: vivit Dominus in veritate et in judicio et in justitia; et benedicent eum gentes, ipsumque laudabunt. Quomodo ergo evangelium jurare nos prohibet? Sed hic juramentum pro confessione dicitur ad condemnationem idolorum per quae jurabat Israel. Denique offendicula auferuntur; et juratur per Dominum Deum: quodque dicitur, vivit Dominus, in testamento veteri jusjurandum est, ad condemnationem mortuorum deorum, per quos juravit omnis idololatra. HIERON.

Animadvertendum est, quod jusjurandum hos habeat comites, veritatem, judicium, atque justitiam: si ista defuerint, nequaquam juramentum erit, sed perjurium. HIERONYM.

Juravit David temere, sed non implevit jurationem majore pietate. AUG. *serm. de Joan. Baptista.*

Juramentum est oratio confirmans per se veritatem. GREGOR.

Jusjurandum est testificatio Dei de re controversa. Ita fugito jusjurandum, ut ne sancte quidem jures. Ex frequenti jurejurando perjurium nascitur. PHILO. *apud Anton. serm. de jur.*

Multi solent monere alios, ut sancte jurent; ego vero omnino ne ab initio quidem facile jurare licitum esse censeo. Morum probitatem jurejurando firmiorem habere oportet. EUSEB. *eod. serm.*

Non penitus jurare prohibuit, sed occasionem perjurii, quod perfectius est, evitare docuit. GREG.

Si aliqua causa fuerit, modicum videtur facere qui jurat per Deum: qui autem per Evangelium, majus aliquid fecisse videtur; quibus dicendum est: stulti, propter Deum Scripturae Sanctae sunt, non Deus propter Scripturas. JOAN. CHRYSOS.

DELLA PERSECUZIONE.

Sed ante haec omnia, injicient vobis manus suas. Luc. 21.

La *persecuzione* è una vessazione, molestia ingiusta e violenta.

L'abuso dell'autorità è per certo nel novero de'più grandi delitti poichè il Cielo non l' affida se non perchè serva alla conservazione del buon ordine, alla felicità del genere umano, ed alla punizione di coloro che contraffanno a questa felicità. Talvolta sotto colore di ben pubblico e di zelo la persecuzione serve agl'interessi privati ed alle private vendette.

Il castigo usato con sagacità corregge gli abusi; ed il rigore delle punizioni è il più gran freno ai disordini; ma la persecuzione altro effetto non produce, tranne quello di esacerbare gli animi, e spingere talvolta alle vie della disperazione, sempre violente e sovventi volte terribili.

Cavete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis et in sinagogis suis, flagellabunt vos, et ad praesides et reges ducemini, in testimonium illis et gentibus. Matth. 10.

Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.

Sed quemadmodum tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum; qui secundum spiritum, ita et nunc. Galat. 4.

Et omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. 2. Timoth. 3.

Et nunc, ecce ego alligatus spiritu, vado in Hierusalem, Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorem, quam me, dummodo consummem cursum meum, et ministerium verbi quod accepi a Domino Jesu. Act. 20.

Nemo autem vestrum patiatur ut homicida, aut ut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autem ut Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine. 1. Pet. 4

Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam; quoniam ipsorum est regnum coelorum. Beati estis cum maledixerunt vobis

homines, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me. Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in coelis. MATTH. 5.

Sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos. MATTH. 5.

Persecutionem patimur et sustinemus. 1. COR. 4.

Persecutionem patimur, sed non derelinquimur. 2. COR. 4.

Id enim quod in praesenti est, momentaneum, et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quae videntur, sed quae non videntur. Quae enim videntur, temporalia sunt: quae autem non videntur, aeterna. 2. COR. 4.

Et in nullo terreamini ab adversariis, quae illis est causa perditionis, vobis autem salutis, et hoc a Deo. Quia vobis donatum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini. PHIL. 1.

Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. ACT. 5.

Exhortantesque ut permanerent in fide, et quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare regnum Dei. ACT. 14.

Charissimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quasi novi aliquid vobis contingat: sed communicantes Christi passionibus gaudete, ut et in revelatione ejus gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriae et virtutis Dei, et qui est ejus spiritus, super vos requiescit. 1. PET. 4.

Deus autem omnis gratiae qui vocavit vos in aeternam suam gloriam in Christo Jesu modicum passos, ipse perficiet, confirmabit consolidabitque. 1. PET. 5.

Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? et unde venerunt? et dixit mihi: Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, et laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in sanguine Agni. APOC. 8.

DELLA PERSEVERANZA.

Fides vera non est, si non sit perpetua, sed possit deficere.
Ambros. in 6. cap. 2. ad Corinth.

La parola *perseveranza* quando impiegasi assolutamente, significa sempre fermezza e costanza nella fede e nella pietà.

Ogni qual volta la perseveranza ha un oggetto ragionevole e possibile, secondo le verosimiglianze, ella è cosa ben rara che non riesca al suo fine.

Non si persevera nelle opere meritorie della eterna salute senza la grazia di Dio; e questa grazia non manca mai a coloro i quali fanno umanamente quanto è da loro per evitare di rendersene indegni.

Et tenebit justus viam suam. Job. 17.

Non te ventiles in omnem ventum, et non eas in omnem viam. Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Esto firmus in via Domini, et in veritate sensus tui et scientia, et prosequatur te verbum pacis et justitiae. Eccles. 5.

Nemo mittens manum ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei. Luc. 9.

Quis enim ex vobis volens turrim aedificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum? ne postquam posuerit fundamentum, et non potuerit perficere, omnes qui vident incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo coepit aedificare, et non potuit consummare. Luc. 14.

Vide ergo bonitatem et severitatem Dei. In eos quidem qui ceciderunt, severitatem: in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate: alioquin et tu excideris. Rom. 11.

Miror quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Christi in aliud Evangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant et volunt evertere Evangelium Christi.
Galat. 1.

Vae his qui perdiderunt sustinentiam, et qui dereliquerunt vias rectas, et diverterunt in vias pravas! Quid facietis cum inspicere coeperit Deus? ECCLES. 2.

Qui autem perseveravit usque in finem, hic salvus erit. MATTH. 10.

Qui autem super petrosa seminatus est, hic est qui verbum Dei audit, et continuo cum gaudio accipit illud: Non habet autem in se radicem, sed est temporalis. Facta autem tribulatione propter verbum continuo scandalizatur. MATTH. 13.

Qui autem sustinuerit in finem, hic salvus erit. MARC. 13.

Cupimus autem ut unusquisque vestrum idem praestet studium, ad plenam spei certitudinem, usque ad perfectionem. HEBR. 6.

Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem, ut tentemini: et habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitae. APOC. 2.

Nescitis quod ii qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium: Sic currite, ut comprehendatis. 1. COR. 9.

Confidens in hoc ipsum, quia qui coepit in vobis opus bonum perficiet usque in Jesu diem Christi. PHIL. 1.

Ipse autem Deus sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester, et anima et corpus sine querela, in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur. Fidelis est qui vocavit vos, qui etiam faciet. 1. THESS. 5.

Christus vero, tanquam filius, administravit domum ipsius, cujus domus nos sumus, si fiduciam, et gloriam spei usque ad finem firmam retineamus. HEBR. 3.

Videte vosmetipsos, ne perdatis quae operati estis, sed ut mercedem plenam accipiatis. 2. JOAN.

Cum sic loquitur Dominus: Timorem meum dabo in cor eorum; quid aliud est, quam talis ac tantus erit timor meus, quem ut mihi perseveranter adhaereant. AUG. *in lib. de bono perseverantiae, cap.* 2.

Vos exhortamur in Domino, ut propositum vestrum in Domino custodiatis, et usque ad finem vitae perseveretis. AUG. *ad Eudox.*

Quicquid necessitate fit, cito solvitur; quod voluntate arripitur, perseverat. HIER.

Incassum quippe bonum agitur, si ante vitae terminum deseratur: quia et frustra velociter currit qui, priusquam ad metas venerit, deficit. GREG. *in moral.*

Absque perseverantia nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur. Nutrix ea est ad meritum, mediatrix ad praemium, soror patientiae, constantiae filia, amica pacis, amicitiarum nodus,

unanimitatis vinculum, sanctitatis propugnaculum. Tolle perseverantiam, nec obsequium mercedem habet: nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Sola est, cui aeternitas redditur, vel potius quae aeternitati hominem reddit, dicente Domino: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Bern. *in epist.* 129.

Malum cum perseverat augetur, et remediabile bonum est in peccato correctio. Cassiod. *lib.* 1. *epist.* 14.

Vituperationem generant, quae in mediis conatibus aegra deseruntur. Cass. *lib.* 4. *epist.* 21.

Alacriter incumbendum est inchoatis, cum vicinitas perfectionis affuerit, spes affectus, taedium laboris excludit. Magnum genus incitamenti est, credere desiderata compleri. Cassiod. *lib.*5. *epist.* 15.

Perseverantia est unica filia summi regis, finis virtutum earumque consummatio, totiusque boni repositorium et virtus, sine qua nemo videbit Deum. Bern. *epist.*

DELLA FILOSOFIA.

Philosophia in rebus Dei fallax.
COL. 2. 8.

La *filosofia*, amore della sapienza, secondo il senso etimologico, è una scienza che consiste nel conoscere le cose dalle loro cagioni e da' loro effetti.

La filosofia s' ingerisce adunque in tutte le scienze, e tutte le cognizioni le appartengono; ma essa ne trasceglie a preferenza le più utili e le più degne, e intorno a quelle si occupa di preferenza.

Siccome la virtù è migliore del sapere, così la filosofia dà il primo grado alla morale: la felicità de'privati dipende da quella della società. Essa fa succedere alla morale la scienza del governo, e fa progredire innanzi tutte le cognizioni secondo il grado dell' utilità loro. Coll' illuminare lo spirito nostro, essa cerca innalzare il nostro animo; nel voler formare il cuore, essa fonda le proprie massime su luminosi principj. Quando a questi scopi non risguarda, la filosofia non è che una scienza di lusso, una pompa di speculazioni, un passatempo vano.

SI quae vera philosophi dixerunt, ab eis sunt tanquam ab injustis possessoribus vindicanda in usum nostrum.
AUG. *lib.* 2. *de doct. christiana.*

Philosophi eo damnabilius colebant idola, quo illa quae mendaciter agebant sic agerent, ut cum populo veraciter agere existimarentur. AUG. *de civitate Dei.*

Res si quidem monstruosa est, philosophus curialis: et dum utrumque esse affectat, neutrum est; eo quod curia philosophiam excludit, et ineptias curiales philosophus usquequaque non recipit.
CHRYS. *lib.* 1. *de nugis curialium.*

Quicunque scientiam contingere cupit, si relicta veritate artium, reliquis se implicare voluerit, materiam laboris, ut ita dicam, infi-

nitam plurimamque inveniet, et fructum exiguum: quapropter mihi videtur primum operam dandam esse artibus, ubi fundamenta sunt omnium, et pura simplexque veritas aperitur; et ideo errant, qui, relictis artibus, quasdam sibi scientias eligunt, in quibus se posse fieri perfectos putant. HUG. *in didasc. lib.* 3.

O felicia antiquorum tempora! in quibus ipsi imperatores mundum regentes seipsos philosophiae dederunt; ut patuit de Alexandro Macedone, de Julio Caesare, de Ptolomaeo rege. Cujuslibet enim regni gloria crevit in immensum, quamdiu artium liberalium studia in ipso floruerunt. Victoria enim militiae, et gloria, et philosophia simul creverunt. Et merito, quia philosophia vera docet juste et recte regnare. Per me enim reges regnant, ait Sapientia. HUG.

Pisces fortasse philosophos vocat, qui hujus mundi naturam erratica curiositate pertractant: nam sicut illi posita fronte itinera sibi resecant, pelagi inundatione confusa; ira et isti, capite demisso, venas rerum ratione humana assiduo labore perquirunt.

CASS. *in psalm.*

Astrologiam sacrilegam summa intensione fugitamus, quam etiam nobilium philosophorum judicia damnaverunt. CASS.

Divina eruditio dialecticam, in qua omnis loquendi ratio continetur, non desiderat; quia non in lingua, sed in corde sapientia est, nec interest quali utare sermone. Res tamen non verba quaeruntur: et nos non de grammatico, aut oratore, quorum scientia est quomodo loqui deceat; sed de sapiente dixerimus, cujus doctrinae est, quomodo vivere oporteat. Quod si neque physica illa ratio necessaria est, neque haec logica, quia beatum facere non possunt: restat ut in sola ethica totius philosophiae vis contineatur, ad quam se, abjectis omnibus, Socrates contulisse dicitur, in qua etiam parte, quoniam philosophi erraverunt, qui summum bonum, cujus capiendi gratia generati sunt, non comprehenderunt, apparet falsam esse et inanem omnem philosophiam, quia nec instruit ad justitiae munera, nec officium hominis rationesque confirmat.

LACT. *lib.* 3.

DELLA PIETA'.

Honora Dominum ex tota anima tua. Prov. 7.

La *pietà*, divoto ed affettuoso rispetto per le cose della religione, dicesi pure, in alcune occasioni, dell'amore che ognuno deve portare ai proprj genitori. Dicesi ancora la pietà verso gl'infelici, parlando d'una pietà attiva, tenera, piena di riguardi, e che non si limita al solo compiangerli.

La pietà ci rende severi verso noi medesimi, e ci persuade incessantemente dell'infinita giustizia di Dio; ma in pari tempo essa non ci fa giudicare Dio se non come infinitamente misericordioso verso il nostro prossimo, e determina così l'estensione della nostra carità.

Fili, honora Dominum, et valebis: praeter eum vero ne timueris alienum. Prov. 7.

Ineptas et aniles fabulas devita: exerce autem teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitae, quae nunc est, et futurae. 1. Tim. 4.

Est autem quaestus magnus, pietas cum sufficientia. 1. Tim. 6.

Apparuit enim gratia Dei salvatoris nostri omnibus hominibus: erudiens nos, ut abnegantes impietatem et saecularia desideria, sobrie et juste, et pie vivamus in hoc seculo, etc. Tit. 2.

Penes Deum nec pietas sine justitia est, neque sine pietate justitia, nec sine pietate coelesti sensus, sine bonitate aequitas, sine aequitate bonitas non habetur. Virtutes si separatae sunt, dilabuntur. Æquitas sine bonitate saevitia est, et justitia sine pietate crudelitas est. Petr. Chrys. *serm.* 145. *de general.*

Pietas amica est parentibus, grata Deo, Dominum conciliat, necessitudines fovet Dei cultura, merces parentum, filiorum stipendium pietas, justorum tribunal, egenorum portus, miserorum suffragium, peccatorum indulgentia. Amb. *in psalm.* 118.

Volens discipulus reverti domum, et suis omnia renuntiare, magistri voce prohibetur, sepultura patri non datur, et pietatis genus est, impium esse pro Domino. Hier. *in epist. ad Marc.*

Ordinate in me charitatem. Rectus ordo est, post Deum, amare patrem et amicos. Si tamen necessitas venit ut utrumque servari non possit, odium in suos, pietas est in Deum. Hier. *in cant.*

Ille bene agit quae pia sunt, qui scit prius servare quae justa sunt: ut collatus in proximos rivus misericordiae de justitiae fonte ducatur. Greg. *lib. mor.*

Sunt nonnulli, qui pietatis suae viscera tendere usque ad incognitos nesciunt, sed solum, quos per assiduitatem notitiae didicerunt, miserentur: apud quos plus familiaritas quam natura valet, dum quibusdam necessaria, non quia homines, sed quia nati sunt, largiuntur. Greg. *in mor.*

Beneficium debet exhiberi per pietatem et bonum verbum tribui per humilitatem: Greg. *in mor.*

Nulla est scientia, si utilitatem pietatis non habet; et valde inutilis est pietas, si scientia discretione caret. Greg. *lib. mor.*

O clementissima pietas! quae non sua desinit largiri beneficia, non solum ubi nullum invenit meritum, sed plurimum etiam, ubi totum videtur contrarium. Greg. *in quadam epist.*

Pietas est ex benignae mentis dulcedine grata omnibus auxiliatrix, affectio et divini cultus religiosa devotio.

Hugo. *in lib. de claustro animae.*

Haec est perfecta pietas, quae, antequam flectatur precibus, novit considerare fatigatos. Cass. *in lib. 4. epist.*

DELLA PIGRIZIA.

Omnis piger semper in egestate est. Prov. 27.

La *pigrizia* è la negligenza delle cose alle quali siamo tenuti.

Noi ci perdoniamo l'infingardaggine, e non consideriamo ch' essa è contraria per lo meno all' uso del tempo che ogni uomo è tenuto a bene adoperare; e che, adducendoci gradatamente al profondo ozio, ci esponiamo ad ogni maniera di disordini.

Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, et arescet: et colligent eum, et in ignem mittetur et ardebit. Joan. 15.

Scienti igitur bonum facere, et non facienti, peccatum est illi. Jacob. 4.

Maledictus, qui opus Dei facit negligenter. Jerem. 48.

Omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur. Matth. 7.

Vade ad formicam, o piger, et considera vias ejus, et disce sapientiam, quae, cum non habeat ducem, nec praeceptorem, nec principem, parat in aestate cibum sibi, et congregat in messe quod comedat. Prov. 6.

Usquequò, piger dormies? quando consurges e somno tuo? Prov. 6.

Sicut acetum dentibus, et fumus oculis: sic piger his qui miserunt eum in via. Prov. 10.

Vult et non vult piger; anima autem operantium impugnabitur. Prov. 13.

Pigrum dejicit timor: animae autem effoeminatorum esurient. Prov. 18.

DELLA PENA.

Juste puniuntur, qui licitis abutuntur; justius vero puniuntur, qui aliena rapere conantur.
Hug. l. b. 1. de anima.

La *pena* è il sentimento d'un qualche male nel corpo o nello spirito.

Chiamansi, in teologia, *pena del senso*, i dolori che sentono i dannati nelle pene dell' inferno; e *pena del danno* ciò che la privazione della vista di Dio fa loro soffrire.

Una infinità di pene va unita all'umana condizione.

Sicut oves in inferno positi sunt: mors depascet eos. Psal. 49.

Peccator videbit et irascetur, dentibus suis fremet et tabescet: desiderium peccatorum peribit. Psal. 112.

Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Matth. 8.

Discedite a me omnes operarii iniquitatis. Ibi erit fletus et stridor dentium: cum videritis Abraham et Isaac et Jacob, et omnes prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. Luc. 13.

Elevans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe, et Lazarum in sinu ejus: et ipse clamans, dixit: Pater Abraham miserere mei, et mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Luc. 16.

Ignis succensus est in furore meo, et ardebit usque ad inferni novissima. Deut. 32.

Ad nimium calorem transiet ab aquis nivium et usque ad inferos peccatum illius. Job. 24.

Pluet super peccatores laqueos ignis, sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum. Psal. 11.

Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui. Psal. 21.

Per quae peccat quis, per haec et torquetur. Sap. 11.

Stupa collecta synagoga peccantium, et consummatio illorum flamma ignis. Eccless. 21.

Concipietis ardorem et parietis stipulam: spiritus vester, ut ignis vorabit vos. Esa. 33.

Audite qui longe estis, quae fecerim, et cognoscite vicini fortitudinem meam. Conterriti sunt in Sion peccatores, possidebit timor hypocritas. Esa. 33.

Quis poterit habitare de vobis cum igne devorate: aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? Esa. 33.

Et convertentur torrentes ejus in picem, et humus ejus in sulphur. Esa. 34.

Ecce ego cibabo populum istum absinthio, et potum dabo eis aquam fellis. Jerem. 9.

Ecce enim dies veniet succensa, quasi caminus: et erunt omnes superbi et omnes facientes impietatem, stipula; et inflammabit eos dies veniens, dicit dominus exercituum, quae non derelinquet eis radicem et germen. Malach. 4.

Quantum glorificavit se, et in deliciis fuit, tantum date illi tormentum et luctum. Apoc. 18.

Et infernus et mors missi sunt in stagnum ignis. Haec est mors secunda. Apoc. 20.

Vermis eorum non morietur, ignis eorum non extinguetur, et erunt usque ad satietatem visionis omni carni. Esa. 66.

Discedite a me maledicti, ite in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo, et angelis ejus. Et ibunt hi in supplicium aeternum, justi autem in vitam aeternam. Matth. 25.

Bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, ubi vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur. Marc. 9.

Qui poenas dabunt in interitu aeternas a facie Domini, et a gloria virtutis ejus, cum venerit gloriari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt in die illo. 2. Thess. 1.

Si quis adoraverit bestiam, et imaginem ejus, et acceperit caracterem ejus in fronte sua, aut in manu sua, hic bibet de vino irae Dei, quod mixtum est mero. Apoc. 14.

Illa est poena peccati justissima, ut amittat unusquisque illud quo bene uti noluit, cum sine ulla difficultate posset, si vellet: id est, ut qui sciens recte non facit, amittat scire quid rectum sit; et qui rectum facere cum posset, noluit, amittat posse, cum velit. Aug. *lib.* 3. *de lib. arb.*

Jussisti, Domine, et sic est, ut poena sit sibi omnis inordinatus animus. Aug. *lib.* 1. *confes.*

Cui dubium, quin inter tres peccatores imo, impio, gentilem, haereticum, ecclesiasticum, multo majoribus poenis dignus sit, qui majoris fuerit dignitatis? Hier. *super Ezech.*

Tanto rectius majori supplicio dignum judicaverim animum, quanto vitiis subdit instrumenta virtutum. Aug.

Electos Dei cernimus, et pia agere, et crudelia tolerare. Hinc ergo colligitur: districtus judex quanta illic feriat districtione quos reprobat, si hic cruciat quos amat. Greg. *in mor.*

Sic uno Sole omnes tanguntur; nec tamen sub eo uno ordine omnes aestuamus, quia juxta qualitatem corporis sentitur etiam pondus caloris: sic damnatis una est gehenna, quae affligit; et tamen non omnes uno calore comburit: quia quod hic agit dispar valetudo corporum, hoc illic exhibet dispar causa meritorum.

Greg. *in moral.*

Iniqui ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt. Nam voluissent utique sine fine vivere, ut potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper vivere cupiunt, quia nunquam desinunt peccare dum vivunt. Ad magnam igitur judicantis justitiam pertinet, ut nunquam careant supplicio, quia in hac vita nunquam noluerunt carere peccato. Greg. *in moral.*

Ob hoc inflexibilis et obstinatae mentis malum punitur aeternaliter, licet temporaliter perpetratum, quia quod breve fuit temporum vel operamentum esse constat in pertinaci voluntate; ita ut si nunquam moreretur, nunquam velle peccare desineret: imo semper vivere vellet, ut semper peccare posset. Bern. *in epist.* 252.

Anima illic posita bene esse perdidit, et esse non perdidit: ex qua re semper cogitur, ut et mortem sine morte, et defectum sine defectu, et finem si fine patiatur: quatenus ei et mors immortalis sit, et defectus indeficiens, et finis infinitus. Bern. *lib.* 4.

Quid tam poenale, quam semper velle quod nunquam erit, et semper nolle quod nunquam non erit? Bern. *de consid.*

Justus est enim injustum juste evadere, quam justum injuste puniri: quia reus, etsi semel evaserit, potest iterum perire; innocens autem, si semel perierit, jam non potest revocari.

Chrys. *super Matth. cap.* 1.

Non quod plurimi solam pertimescant gehennam, ego autem illius gloriae amissionem multo amarius, quam ipsius gehennae dico esse supplicium: horribile valde quis ponit gehennas, nisi tale dicturus est, quale est a beatae illius gloriae honore expelli, et esse exosum Christo. Crys. *in Matth.* 6.

Quis putas tunc moeror erit, quae tristitia, quum separabuntur impii a consortio sanctorum, et a visione Dei, et traditi in potestate daemonum ibunt cum ipsis in ignem aeternum? ibique semper

erunt sine fine, in luctu et gemitu, ubi erit dolor intolerabilis, fœtor incomparabilis, timor horribilis, mors corporis et animae, sine spe veniae et misericordiae: ubi nec qui torquet, aliquando fatigatur, nec qui torquetur, aliquando moritur: sed sic morientur ut semper vivant, et sic vivent ut semper moriantur.

Hug. *lib.* 1. *de anima.*

Occultam culpam sequitur aperta percussio, ut malis exterioribus, interna puniantur, et cor publice corruat, qui latenter peccabat Cass. *in psal.*

DELLA PENITENZA.

Poenitentia quaedam est dolentis vindicta, puniens in se quod dolet commisisse. AUG.

La *penitenza* o rammarico di aver offeso Iddio, è la pena volontariamente scelta, o imposta dall'altrui autorità, in riparazione d'un fallo commesso.

Il miglior atto di penitenza consiste nel più profondo pentimento dell'offesa fatta a Dio, e nella riforma di ogni pratica viziosa o criminale; anzi, il vero penitente non si può riconoscere se non se a questi contrassegni.

SI poenitentiam egerit gens illa a malo suo quod loquutus sum adversus eam, agam et ego poenitentiam super malo, quod cogitavi ut facerem ei, et subito loquar de gente et regno, ut aedificem et plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam, poenitentiam agam super bono, quod loquutus sum, ut facerem ei. JEREM. 18.

Si poenitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei, et non in manus hominum. ECCLES. 2.

Si autem impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis quae operatus est, et custodierit omnia praecepta mea, et fecerit judicium et justitiam, vita vivet, et non morietur. Omnium iniquitatum ejus quas operatus est, non recordabor. Numquid voluntatis meae est mors impii, dicit Dominus, et non ut vertatur a viis suis et vivat? EZECH. 18. et 33.

Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructum dignum poenitentia. MATTH. 3.

Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere perverse, discite benefacere, quaerite judicium, subvenite oppresso, judicate pupillo, defendite viduam, et venite, et arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur; et si fuerint rubra quasi vermiculus, quasi lana alba erunt. ESA. 1.

Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum coelorum. MATTH. 3.

Quoniam impletum est tempus, et appropinquavit regnum Dei: poenitemini, et crediti Evangelio. MARC. 1.

Dico vobis, quod ita gaudium erit in coelo super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta novem justis, qui non indigent poenitentia. LUC. 15.

Sic oportebat pati Christum, et resurgere a mortuis tertia die, et praedicari in nomine ejus poenitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes. LUC. 24.

Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam. Quae enim secundum Deum est tristitia, poenitentiam in salutem stabilem operatur. 1. COR. 7.

Poenitemini igitur et convertimini, ut deleantur peccata vestra. ACT. 3.

Auditu auris audivi te, idcirco ipse me reprehendo, et ago poenitentiam in favilla et cinere. JOB. 42.

Non veni vocare justos, sed peccatores ad poenitentiam. LUC. 5.

Dedit ei Deus locum poenitentiae, et ille abutitur eo in superbiam. JOB. 24.

Et misereris omnium, quia omnia potes, et dissimulas peccata hominum propter poenitentiam. SAP. 11.

Apprehenderunt mendacium, et noluerunt reverti. Attendi et auscultavi; nemo quod bonum est loquitur: nullus est qui agat poenitentiam super peccato suo, dicens: Quid feci? Omnes conversi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad praelium. JEREM. 8.

Et dedit illi tempus, ut poenitentiam ageret, et non vult poenitere. APOC. 2.

Et in omnibus his non est reversa ad me praevaricatrix soror ejus Juda in toto corde suo, sed in mendacio: ait Dominus: Revertere aversatrix Israel, ait Dominus, et non avertam faciem meam a vobis, et non irascar in perpetuum. JEREM.

Et egressus foras flevit amare. MATTH. 26.

Et ecce mulier, quae erat in civitate peccatrix, ut cognovit quod Jesus accubuit in domo Simonis leprosi, attulit alabastrum unguenti, stans retro secus pedes ejus, lacrimis coepit rigare pedes ejus, et capillis capitis sui tergebat, osculabatur pedes ejus, et unguento ungebat. LUC. 7.

Sed quia patiens est Dominus, in hoc ipso poeniteamus, et indulgentiam ejus fusis lacrymis postulemus. JUD. 8.

Sacrificium salutare est attendere et discedere ab omni iniquitate. ECCLES. 55.

Si iniquitatem quae est in manu tua abstuleris a te, et non manserit in tabernaculo tuo injustitia, tunc lavare poteris faciem tuam absque macula, et eris stabilis, et non timebis. JOB. 11.

Poenitentibus autem dedit viam justitiae. ECCLES. 17.

Fili, peccasti, non adjicias iterum, sed et de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur. ECCLES. 21.

Quaerite bonum, et non malum, ut vivatis: odite malum, et diligite bonum. AMOS. 5.

Facite ergo fructus dignos poenitentia. LUC. 3.

Memor esto itaque unde excideris, et age poenitentiam, et prime opera fac. APOC. 2.

Septies in die cadet justus, et resurget; impii autem corruent in malum. PROV. 24.

Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem. ECCLES. 5.

Haec dicit Dominus: in tempore placido exaudivi te, et in die salutis auxiliatus sum tibi. ESA. 49.

Angustia superveniente requirent pacem, et non erit. EZECH. 7.

Poenitentia aboleri peccata indubitanter credimus, et in ultimo vitae spiritu, si admissorum poeniteat. AUG. *de eccl. dogm. cap.* 48.

Ad agendam poenitentiam non sufficit mores in melius commutare, et a malefactis recedere, nisi et de his quae facta sunt satisfacias Deo per poenitentiae dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis. AUG. *lib. de poenit.*

Peccavit David quod solent reges; sed poenitentiam gessit, flevit, ingemuit, quod non solent reges: confessus est culpam, et obsecravit indulgentiam. AMBR. *de David. lib.* 1.

Amaritudinem radicis dulcedo pomi compensat; pericula maris spe lucri delectant; dolorem medicinae spes salutis mitigat: qui desiderat nucleum, frangit nucem; poenitentiamque agit, qui vult aeterno adhaerere bono. Praeconia Christi narrare possunt, qui ad palmam indulgentiae meruerunt pervenire. HIER. *in Matth.*

Quum mentem Deus ingreditur, constat procul dubio quod mox poenitentiae gemitus sequatur, ut ei jam salubriter flere libeat, quae prius in iniquitatibus flenda jucunditate gaudebat: sed quo uberius culpa fletur, eo altius agnitio veritatis attingitur: quia ad videndum lumen internae bonitatis polluta dudum conscientia, lacrymis baptizare renovatur. GREG. *in mor.*

Equum indomitum flagella domant, animam immitem contraria et assiduitas lacrymarum. Bern. *in quodam serm.*

Si erramus, parvam poenitentiam imponendo, melius est de misericordia Deo rationem reddere, quam de austeritate : ubi enim paterfamilias est largus, dispensator non debet esse avarus ; et si Deus benignus, ut quid sacerdos austerus ? Chrys. *in Matth.* 23.

Poenitentia appellata quasi punientia, eo quod ipse homo in se, poenitendo, punit quod male admisit. Tria enim, quae sunt in percussione pectoris, id est, pectus, sonus et manus, significant, quod poenitentia est de his, quae mente, voce et opere peccavimus.

Hug. *lib.* 3. *de mist. eccles.*

O poenitentia ! quid de te novi referam ? omnia ligata tu solvis, omnia clausa tu reseras, omnia adversa tu mitigas, omnia contrita tu sanas, omnia confusa tu lucidas, omnia desperata tu animas.

Cypr. *de laud. poenit*

DELLA POLITICA.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subjecta sit. Non est enim potestas, nisi a Deo. Rom. 13.

La *politica* è l'arte di governare uno Stato, un Regno od una Repubblica. La parola *politico* usasi pure a dinotare un uomo scaltro ed accorto, il quale sa accomodarsi all'umore delle persone che ama di rendersi amiche.

La sana politica ha per base la più sana morale, e la fermezza a sostenere in tutta la sua estensione la legittima autorità.

Lo studio della politica è sì indispensabile al cittadino che il trasandarlo è una colpa, un male contro se stesso e gli altri. Chi vive in società, non deve conoscere i mezzi per cospirare al pubblico bene, e gli ostacoli per superarli? E quando ognuno conosce i diritti ed i doveri propri, non è ciò un ritegno alle altrui malvagità e soprusi?

Ubi nullus gubernator, corruit populus. Prov. 11.

In multitudine populi dignitas regis, et in plebis paucitate principis ignominia. Prov. 14. 28.

Leo rugiens et ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Prov. 28. 15.

Cum impii supserint principatum, gemet populus: et in multitudine justorum vulgus laetabitur. Prov. 29. 2.

Quando prophetia defecerit dissipabitur populus: qui vero custodit legem beatus est. Prov. *cap.* 29. *v.* 18.

Provideat Dominus Deus spirituum omnis carnis hominem qui praesit huic multitudini, qui possit egredi, et ingredi ante eos et educere eos vel introducere: ne sit populus Domini sicut oves sine pastore. Num. 27. 16.

Quando Altissimus dividebat gentes et separabat filios Adami, constituit terminos populorum. Deut. 32. 8.

Exclusus dominatur super regnum hominum, et quicunque vult dat illud. Dan. 4. 17.

Reges gentium dominatur eis, et qui potestatem habent super eos benefici vocantur. Luc. 22. 25.

Justum est principem legibus obtemperare suis. Tunc enim sua jura ab omnibus custodienda existimet, quando et ipse praebet illis reverentiam. Isidor. *lib.* 3. *de summo bono*, *cap.* 52.

DEL PRECETTO.

Praecepta Dei filiis inculcanda. DEUT. 6. 20.

Il *precetto*, regola ammaestramento, prendasi anche per *comando*; ma in quest'ultimo senso non si dice quasi altro che de'comandamenti di Dio, de'comandamenti della Chiesa e di ciò che ci viene ordinato nell'Evangelo.

In tutti i casi il precetto debb'essere pronunciato da una legittima autorità; e debbono comandarsi cose che risguardino il miglioramento de'costumi.

BENEDICENTUR in semine tuo omnes gentes terrae, eo quod obedierit Abraham voci meae, et custodierit praecepta et mandata mea et ceremonias legesque servaverit. GEN. 20.

Si in praeceptis meis ambulaveritis, et mandata mea custodieritis, et feceritis ea, dabo vobis pluvias temporibus suis, et terra gignet germen suum, et pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritura vindemiam, et vindemia occupabit sementem, et comedetis panem vestrum in saturitate, et absque pavore habitabitis in terra vestra. LEVIT. 26.

Custodite mandata Domini Dei vestri, quae ego praecipio vobis. DEUT. 4.

Custodi praecepta ejus atque mandata, quae ego praecipio tibi, ut bene sit tibi, et filiis tuis post te, et permaneas multo tempore super terram, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. DEUT. 4.

Custodite igitur et facite quae praecepit Dominus Deus vobis. Non declinabitis neque ad dextram, neque ad sinistram; sed per viam, quam praecepit Dominus Deus vester, ambulabitis, ut vivatis, et bene sit vobis, et protelentur dies vestri in terra possessionis vestrae. DEUT. 5.

Audi Israel, et observa, ut facias, quae praecepit tibi Dominus, et bene tibi sit, et multipliceris amplius, sicut pollicitus est Dominus Deus patrum tuorum tibi terram lacte et melle manantem. DEUT. 6.

Scies, quia Dominus Deus tuus ipse est rex fortis et fidelis, custodiens pactum et misericordiam diligentibus se, et his qui custodiunt praecepta ejus in mille generationes: et reddens odientibus se statim, ita ut disperdat eos, et ultra non differat, protinus eis restituens quod merentur. Custodi ergo praecepta et ceremonias, atque judicia, quae ego mando tibi hodie ut facias. Deut. 7.

Ama itaque Dominum Deum tuum, et observa praecepta ejus, et ceremonias, judicia atque mandata omni tempore, etc. Deut. 11.

Custodiatis mandatum, et opere compleatis mandatum et legem quam praecepit vobis Moyses famulus Domini, ut diligatis Dominum Deum vestrum, et ambuletis in omnibus viis ejus, et observetis mandata illius, adhaereatisque ei, ac serviatis in omni corde, et in omni anima vestra. Jos. 22.

Sit quoque cor nostrum perfectum coram Domino Deo nostro, ut ambulemus in decretis ejus, et custodiamus mandata ejus. 3. Reg. 8.

Custodite et perquirite cuncta mandata Domini Dei nostri, ut possideatis terram bonam, et relinquatis eam filiis post vos usque in sempiternum. 1. Paral. 28.

Omnibus autem diebus vitae tuae in mente habeto Deum, et cave aliquando peccato consentias, et praetermittas praecepta Dei nostri. Tob. 4.

Fidelia omnia mandata in saeculum saeculi, facta in veritate et aequitate. Psal. 110.

Increpasti superbos; maledicti qui declinant a mandatis tuis. Psal. 118.

Deum time, et mandata ejus observa. Eccles. 12.

Cogitatum tuum habe in praeceptis Dei, et in manibus illius maxime assiduus esto: et ipse dabit tibi cor, et in concupiscentia sapientia dabitur tibi. Eccles. 6.

Quia rectae viae Domini, et justi ambulabunt in eis, praevaricatores vero corruent in eis. Ose 14.

Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno coelorum: qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno. Matth. 5.

Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in coelis est, ipse meus frater, soror et mater est. Matth. 12.

Quare et vos transgredimini mandatum Dei? Matth. 15.

Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Dicit illi: quae? Jesus autem dixit: Non homicidium facies. Non adulterabis. Non facies furtum. Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum et matrem tuam. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Matt. 19.

Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non servat. JOAN. 14.

Vos amici mei estis, si feceritis quae praecipio vobis. JOAN. 15.

Et in hoc scimus, quoniam cognovimus eum, si mandata ejus observemus. Qui dicit se nosse eum, et mandata ejus non custodit, mendax est, et in eo veritas non est. Qui autem servat verbum ejus, vere in hoc charitas Dei perfecta est. 1. JOAN. 2.

Omnis qui diligit eum qui genuit, diligit et qui natus est ex eo: in hoc cognoscimus, quoniam diligimus natos Dei, quum Deum diligamus, et mandata ejus faciamus. Haec est enim charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus; et mandata ejus gravia non sunt. JOAN. 5.

Cum ergo in naturali jure nihil aliud praecipiatur, quam quod Deus vult fieri, nihilque aliud vetetur, quam quod Deus prohibet fieri: denique quum in canonica scriptura nihil aliud, quam quod in divinis scripturis et legibus inveniatur, divinae vero leges cum natura consistant; patet, quod quaecunque divinae voluntati, seu canonicae scripturae contraria probantur, eademque etiam naturali juri inveniantur adversa. Unde quaecunque divinae voluntati seu canonicae scripturae, seu divinis legibus postponenda censentur, eisdem naturale jus praeferri oportet. Constitutiones ergo vel ecclesiasticae, vel saeculares, si naturali juri contrariae probantur, penitus sunt excludendae. AUG. *ad Casulanum.*

Quae contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diversitate sunt vitanda: ut pactum inter se, gentis aut civitatis consuetudine, vel lege firmatum, nulla civis aut peregrini libidine violetur. Turpis est enim omnis pars universo suo non congruens. Cum autem Deus aliquid contra morem, vel contra pactum quorumlibet jubet fieri: si ibi numquam factum est, tamen faciendum est; et si omissum est, restaurandum est; et si statutum non erat, instituendum est. Si enim regi licet in civitate, cui regnat, jubere aliquid, quod neque ante ipsum quisquam, nec ipse unquam jusserat, et si non est contra societatem civitatis ejus, obtemperatur ei: imo contra societatem fit, si non obtemperetur ei: generale quippe pactum est societatis humanae, obtemperare regibus suis. Quanto magis Deo regnatori universae creaturae suae, ad ea quae jusserat, sine dubitatione serviendum est? Sicut enim in potestatibus societatis humanae major potestas minori ad obediendum praeponitur, ita Deus omnibus. AUG. *lib.* 2. *confession.*

Quisquis praeceptis non obtemperat, reus est; et debitor poenae

Et paulo post : praecepto Domini non obedire , peccatum est : et consilio si uti nolueris , minus boni adipisceris : non mali aliquid non perpetrabis. Aug. in sermon. de monte.

Illud breviter te admonendum puto , traditiones ecclesiasticas , praesertim quae fidei non officiant, ita observandas, ut a majoribus traditae sunt : nec aliquorum consuetudinem aliorum contrario more subverti. Hieron. ad Lucian.

Si quis prohibet vobis quod a Domino praeceptum est, vel rursus imperat fieri quod Dominus prohibet : execrabilis sit omnibus qui timent Deum. Isidor.

Si quis praepostera festinatione temerarius remissionem peccatorum cunctis putat se dare posse, aut audet Domini praecepta rescindere: non tantum nihil prodest , sed obest lapsis. Provocasse enim iram Dei est , non servasse sententiam: nec misericordiam piissimi Domini deprecari , sed , contempto Domino, de sua facilitate praesumere. Cyprian. de lapsis.

Mandata servantibus benedictio. Deut. 28.

Mandatis hominum adversantium Deo non attendendum.
Act. 4. 19. et Tit. 1. 14.

Si quid vel addas, vel detrahas, praevaricatio videtur esse quaedam mandati. Simplex enim et pura mandati forma tenenda est , vel testimonii series intimanda. Nihil igitur , quod bonum videtur, addendum est. Aug. in lib. de parad.

Si quis unum mandatum custodiat , et aliud praevaricatur , nihil ei prodest. Aug.

Tu qui veram requiem , quae post hanc vitam christianis promittitur, quaeris etiam hic eam inter amarissimas vitae hujus molestias , suavem jucundamque gustabis , si ejus , qui eam promisit , praecepta dilexeris. Aug.

Non est amicus recti , quando , si fieri posset , mallet id quod rectum est non juberi. Aug. super psal. 66.

Non ideo putes aliqua contemnenda esse mandata , quia leviora sunt: tam enim maxima illa, quam minima imperata sunt, et contemptus cujuscunque praecepti praecipientis injuria est. In quovis proposito , in quovis gradu , aequale peccatum est , vel prohibita admittere , vel jussa non facere. Hier. in epist.

Jussa sine culpa non negliguntur , et sine crimine non contemnuntur. Bern. de praecept. et disp.

Contemptus in omni specie mandatorum pari pondere gravis , et communiter damnabilis est : neglectus autem in fixis gravior , tolerabilior in mobilibus mandatis. Bern.

Sive Deus, sive homo vicarius Dei, mandatum quodcunque tradiderit, pari profecto obsequendum est cura, pari reverentia deferendum, ubi tamen Deo contraria non praecepit homo. BERN.

Sunt mandata, quae duris atque carnalibus imponuntur animis ex lege vitae, et disciplinae: et sunt olea dispensationis, quae infirmis et pusillis corde misericordiae apponuntur; et sunt consiliorum solida fortiaque, quae ex intimis sapientiae proponuntur sanis. BERN. *super cant.*

Praelati jussio vel prohibitio non praetereat terminos professionis, nec ultra extendi, nec contrahi citra debet. Nil me praelatus prohibeat horum quae promisi, nec plus exigat quam promisi. BERN. *de praecept. disp.*

Mandata Moysi in actu facilia sunt: ut non occidas; et ideo in remuneratione modica, et in peccato magna. Sed mandata Christi: ut non irascaris: in actu difficilia; et ideo in remuneratione magna, et in peccato minima. CRYS. *super Matth.* 6.

Merito dedit praeceptum qui praemisit exemplum. CASSIOD. *super psal.*

Nihil arduum humilibus, nihil asperum mitibus, et facile omnia praecepta veniunt in effectum, quando et gratia praecedit auxilium, et obedientia mollit imperium, nec dura ibi necessitate servitur, ubi diligitur quod jubetur. LEO *papa in apparitione Domini.*

*

DELLA PREDESTINAZIONE.

Ob praedestinationem non disputandum cum Deo. Rom. 9.

La *predestinazione* è il decreto di Dio, col quale gli eletti sono chiamati alla gloria eterna.

Dio non può essere Dio senza volere la felicità delle sue creature; ma avendole create libere, non rifiutando loro giammai le grazie necessarie, e non accordando le ricompense eterne se non a coloro i quali hanno cooperato alle sue grazie, egli ha preveduto ab eterno qual uso ne farebbero gli uni e gli altri, e sin d'allora ha formato il decreto della salvezza de' giusti, e della punizione de' reprobi.

L' uomo dunque non potrebbe mai troppo paventare la predestinazione alla infelicità eterna, quando egli si scosta dalle pratiche del Cristianesimo, e della credenza insegnata dal corpo de' successori degli Apostoli.

Altiora te ne quaesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris, sed quae praecipit tibi Deus, illa cogita semper, et in pluribus ejus ne fueris curiosus. Multos enim supplantavit suspicio illorum, et in vanitate detinuit sensus illorum. Eccles. 3.

Nonne frater erat Esau Jacob? dicit Dominus, et dilexi Jacob: Esau autem odio habui. Malac. 1.

Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Matth. 20.

O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viae ejus! Rom. 11.

Nam quos praescivit, et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui. Rom. 8.

Quos autem praedestinavit, hos et vocavit: et quos vocavit, hos et justificavit: quos autem justificavit, illos et glorificavit. Rom. 8.

Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas est apud Deum? Absit. Moysi enim dicit: Miserebor cui misertus sum, et misericordiam praestabo cui miserebor. Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Rom. 9.

Dicis itaque mihi: Quid adhuc queritur? voluntati ejus quis resistit: O homo,tu qui es, qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei, qui se finxit: Quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Quod si Deus volens ostendere iram, et notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa irae aptae in interitum, ut ostenderet divitias gloriae suae in vasa misericordiae, quae praeparavit in gloriam. Rom. 9.

Qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum, in ipsum, secundum propositum voluntatis suae, in laudem gloriae gratiae suae. Ephes. 1.

In magna autem domo non solum sunt vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia: et quaedam quidem in honorem, quaedam autem in contumeliam. Si quis ergo emundaverit se ab istis, erit vas in honore santificatum. 2. Timoth. 2.

Audientes autem gentes gavisae sunt, et glorificabant verbum Domini, et crediderunt,quotquot erant praeordinati ad vitam aeternam. Act. 13.

Nabuchodonosor poenitentiam meruit fructuosam. Nonne post innumeras impietates flagellatus poenituit, et regnum, quod perdiderat, rursus accepit? Pharao autem ipsis in flagellis durior est effectus, et periit. Hic mihi rationem reddat, qui divinum consilium nimium alte sapientique corde dijudicat, cur medicamentum unius medici manu confectum, alii ad interitum, alii valuerit ad salutem, nisi quia Christi bonus odor aliis est odor vitae in vitam, aliis est odor mortis in mortem? Quantum ad naturam, ambo homines erant: quantum ad dignitatem, ambo reges: quantum ad causam, ambo captivum Dei populum possidebant: quantum ad poenam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diversos, nisi quod unus Dei manum sentiens, in recordatione propriae iniquitatis ingenuit: alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnavit arbitrio? Aug.

Praedestinationem Dei, sive ad bonum, sive ad malum, in omnibus operari ineptissime dicitur: ut ad utrumque homines quaedam necessitas videatur impellere; cum in bonis voluntas sit intelligenda non sine gratia, in malis autem voluntas sit intelligenda sine gratia. Cum vero aliquos a Deo aut traditos desideriis suis, aut obduratos legimus, aut relictos magis in peccatis suis, hoc ipsos meruisse profitemur, quia talia eorum crimina praecesserunt, ut ipsi sibi poenam debuerint, qua eis etiam supplicium verteretur in reatum: atque ita nec de judicio Dei querimur, quo deserit

meritos deseri, et misericordiae ejus gratias agimus, qua liberat non meritos liberari. Vires itaque obedientiæ non ideo cuiquam subtraxit, qui eum non praedestinavit; sed ideo eum non predestinavit, quia recessurum ab ipsa obedientia esse praevidit. Praedestinatio quoque Dei semper in bono est: quae peccatum sola voluntate hominis commissum, aut remittendum novit cum laude misericordiae, aut plec endum cum laude justitiae. In malis autem operibus nostris sola praescientia Dei intelligenda est: quia sicut praescivit et praedestinavit quae ipse fecit, et ut faceremus dedit: ita praescivit tantum: non etiam praedestinavit, quae nec ipse fecit, nec ut faceremus exigit. Si autem de quibus dicitur: Ex nobis exierunt, sed non fuerunt, ex nobis, si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum: voluntate exierunt, voluntate ceciderunt: et quia praesciti sunt casuri, non sunt praedestinati: Essent autem praedestinati, si essent reversuri, et in sanctitate ac veritate mansuri. Ac per hoc praedestinatio Dei multis est causa standi: nemini est causa labendi. Aug.

Duae sunt necessitates, simplex una: veluti necesse est omnes homines esse mortales: altera conditionis: ut si aliquem ambulare quis scit, eum ambulare necesse est. Quod enim quisque esse novit, id esse aliter, quam notum est, nequit. Sed haec minime secum illam simplicem trahit. Hanc enim necessitatem non propria facit natura, sed conditionis adjectio. Nulla enim necessitas cogit incedere voluntate gradientem, quamvis eum tunc, cum gradiatur, incedere necessarium sit. Eodem igitur modo si quid providentia presens videt, id necesse est esse: tametsi nullam naturae habeat necessitatem. At quidem ea futura, quae ex libertate arbitrii proveniunt, praescientia contuetur. Haec igitur ad intuitum relata divinum, necessaria fiunt per dispositionem divinae notionis. Per se vero considerata, absolutam naturae libertatem non deserunt. Fiunt igitur proculdubio cuncta, quae futura Deus esse praenoscit: sed eorum quaedam de libero proficiscuntur arbitrio; quae quamvis eveniant, existendo tamen naturam propriam non amittunt, quae, priusquam fierent, etiam non evenire potuissent. Aug.

De Tyriis vero et Sidoniis quid aliud possumus dicere, quam non esse eis datum desuper ut crederent? quos credituros fuisse ipsa veritas docet, si talia, qualia apud non credentes facta sunt, virtutum signa vidissent. Quare autem hoc eis negatum fuerit dicant, si possunt, qui calumniantur: et ostendant cur apud eos Dominus mirabilia, quibus profutura non erant, fecerit, et apud eos, quibus erant profutura, non fecerit. Nos etenim, si ratione facti profunditatem ju-

dicii ejus penetrare non possumus; manifestissime tamen scimus, et verum esse quod dixit, et justum esse quod fecit : et non solum Tyrios et Sidonios, sed etiam Corazim et Bethsaida potuisse converti, et fideles ex infidelibus fieri, si hoc voluisset in eis Dominus operari : neque enim ulli falsum videri potest quod veritas ait : Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo. Aug.

Sicut tu quaedam, quae fecisti, meministi : nec tamen quae meministi, omnia fecisti: ita Deus omnia, quorum ipse actor est, praescit, nec tamen omnium, quae praescit, ipse actor est, quorum autem non est malus actor, justus est ultor.

Aug. *lib.* 3. *de libero arbitrio.*

Duae sunt hominum societates, quarum una praedestinata est in aeternum regnare cum Deo; altera vero aeternum supplicium subire cum diabolo. Aug. *lib.* 15. *de civit. Dei; cap.* 1.

Nemo venit nisi tractus. Quare illum trahat, noli velle judicare, si uon vis errare. Semel accipe, et intellige. Nondum traheris : ora ut traheris. Ramum viridem ostendis ovi, et trahis illam: nuces puero demonstrantur, et trahitur, et quo currit, trahitur, amando trahitur, sine laesione corporis trahitur, cordis vinculo trahitur.

Aug. *sup. Joan. homil.* 17.

Praedestinatio, est divinae voluntatis per gratiam electio.

Aug. *lib. de praedest. sanct.*

DELLA PREDICAZIONE,

Praedicatio, prius ministerii apostolici pensum. MATTH. 28.

La *predicazione* è ogni sermone o discorso scritto o improvvisato, per annunziare la parola di Dio, ed eccitare alla pratica della virtù.

Le prediche vennero saggiamente istituite per illuminare ed istruire i fedeli; e questo vuol essere l' unico oggetto dei Predicatori.

ET ait Dominus: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, et ponam verba mea in ore ejus, loqueturque ad eos omnia quae praecepero illi. Qui autem ea quae loquetur in nomine meo audire noluerit, ego ultor existam. DEUT. 18.

Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei, ut intelligas: et cum sapientia proferes responsum verum. ECCLES. 5.

Audies verbum ex ore meo, et annuntiabis ex me. EZECH. 3.

Quam pulchri super montes pedes annuntiantis et praedicantis pacem! ESA. 52.

Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae, docentes omnes gentes, et baptizantes eas MATTH.

Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. LUC. 4.

Argue, obsecra: increpa in omni patientia et doctrina. 2. TIM. 4.

Quia Angelus nuntius interpretatur: Quicunque episcopus vel presbyter, vel etiam laicus de Deo loquitur, et quomodo ad vitam aeternam perveniatur annuntiat, merito Angelus dicitur.

AUG. *super apocal. hom.* 2.

Praedicator laboret, ut intelligenter, ut libenter, ut obedienter audiatur; et hoc se posse magis pietate orationum, quam oratoris facultate, non dubitet: ut orando pro se ac pro illis quos est allocuturus, sit prius orator, quam doctor. Et in ipsa hora accedens, priusquam exeat, proferat linguam ad Deum, levet animam sitientem, eructet quod biberit, vel quod impleverit fundat.

AUG. *de doctrina Christi, lib.* 4.

Si quis vult pontifex esse, non tam vocabulo quam merito, imitetur Moysen, imitetur et Araon. Quid enim dicitur de iis? Quod non discedunt de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyses indesinenter in tabernaculo Domini. Quid autem ei opus erat? Ut aut a Deo aliquid disceret, aut ipse populum doceret. Haec duo sunt Pontificis opera, ut aut a Deo discat legendo Scripturas divinas, et saepius meditando: aut populum doceat; sed illa doceat, quae a Deo ipse didicerit, non ex proprio corde, vel humano sensu, sed quae Spiritus sanctus docet. Hier. *in levit.*

Si quis doctus et eruditus in lege Domini potest alios erudire, non debet suae assignare prudentiae, ingenioque, quod possidet, sed gratias agat primum Domino, qui cuncta largitur, deinde Sacerdotibus ejus ac ministris, a quibus doctus est. Si enim non egerit gratias, sed scientiam vindicaverit sibi in penuria, maledicetur. Quod si intelligens largitorem Deum, et agens his gratias per quos Deo eruditus est, humiliaverit se, et in horreum Dei intulerit cibos: hoc est, Scripturae alimenta in ecclesiis populis ministraverit, statim aperientur super eum cataractae coeli, et effundetur pluvia spiritualis, et mandabit nubibus suis ut pluant super eum imbrem, et abundantia rerum omnium perfruetur. Hieron. *super Malachiam.*

Omnis doctor, qui austeritatem Scripturarum, per quam potest audientes corripere, vertit ad gratiam, et ita loquitur, ut non corrigat, sed delectet audientes, vinum sanctarum Scripturarum violat, atque suo corripit sensu.

Hieron. *super illud, Vinum tuum mistum est aqua.*

Qui enim Christum annuntiat, ab omni vitiorum incentivo praestare se debet alienum. Ambros. *in serm. de jejunio.*

Cujus vita despicitur, restat ut ejus praedicatio contemnatur.

Greg. *super evang. lib.* 1. *homil.* 6.

DEL PRELATO.

Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Aug.

Il *Prelato*, membro del clero, è colui che ha una dignità considerevole nella Chiesa, con giurisdizione spirituale; come sono gli Arcivescovi, i Vescovi, i Generali di Ordini, gli Abati regolari, ed altri.

Parlando della Corte di Roma, chiamansi *prelati* la maggior parte degli ecclesiastici della corte del Papa che hanno diritto al colore pavonazzo.

Prælatorum maximum est periculum, triplici ratione: quia Praelatis incumbit sacramenta dispensare, quae non nisi munde tractari debent; et quia debent reddere rationem de propriis, et de alienis, in quantum pertinent ad eos. Thom.

Locus superior, sine quo populus regi non potest, etsi ita teneatur et administretur, ut decet, tamen indecenter appetitur. Aug.

Ante omnia peto, ut cogitet religiosa prudentia tua, nihil esse in hac vita, et maxime hoc tempore, facilius, et levius, et hominibus acceptabilius, episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, si perfunctorie atque adulatorie res agatur: sed nihil apud Deum miserabilius, et tristius, et damnabilius. Aug. *ad Val.*

Nihil est in hac vita, et maxime hoc tempore difficilius, laboriosius et periculosius episcopi aut presbyteri officio: sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur quo noster Imperator jubet.
Aug. *de verb. Dom.*

Primum itaque sine crimine jubetur esse Episcopus, quod alio verbo Timotheum irreprehensibilem nominatum puto: non quod eo tantum tempore, quod ordinandus est, sit sine ullo crimine, et praeteritas maculas nova conversatione diluerit; sed quod ex eo tempore, quo in Christum renatus est nulla peccati conscientia mordeatur. Quomodo enim potest praeses Ecclesiae auferre malum de medio ejus, qui in delictum simile corruit? Aut qua libertate peccantem corripere potest, cum tacitus ipse sibi respondeat, eadem se admisisse quae corripit? Hier. *in epist.*

Sicut ergo praesbyteri sciunt, se, ex Ecclesiae consuetudine, ei qui sibi praepositus fuerit esse subjectos: ita Episcopi noverint, se magis consuetudine, quam dispensationis dominicae veritate, presbyteris esse majores, et in communi debere Ecclesiam regere.

HIER. *epist. ad Tit.*

Esto subjectus Pontifici tuo, et quasi parentem animae ama. Sed Episcopi sacerdotes sciant se esse, non dominos: honorent clericos quasi clericos, ut ipsis episcopis a clericis quasi episcopis honor deferatur. Scitum est illud oratoris Domitii: Cur ego, inquit, te habeam ut principem, cum tu me non habeas ut senatorem?

HIER. *ad Nepot.*

Illud inferendum est adversus eos qui de episcopatu intumescunt, et putant se non dispensationem Chsisti, sed imperium consecutos: quia non statim omnibus his meliores sunt, quicunque episcopi non fuerint ordinati: et ex eo, quod episcopi electi sunt, ipsi se magis aestiment comprobatos; sed intelligant propterea quosdam a sacerdotio remotos, quia eos vitia liberorum impedierint. Si autem peccata filiorum ab episcopatu justum prohibent, quando magis se unusquisque considerans et sciens, quia *potentes potenter tormenta patientur*, retrahit se ab hoc non tam honore quam onere: et aliorum locum, qui magis digni sunt, non ambit occupare? HIER.

Tanta debet esse conversatio et eruditio Pontificis, ut omnes motus et egressus, et universa ejus opera notabilia sint: veritatem mente concipiat, et eam toto habitu resonet et ornatu: ut quicquid agit, quicquid loquitur, doctrina sit populorum. HIER. *in epist.*

Si dilectionis testimonium est cura pastoralis, quisquis virtutibus pollens gregem Dei renuit pascere, summum pastorem convincitur non amare. HIER. *in pastorali.*

Oportet sacerdotes, quibus Domini populus commissus est, cum magna constantia vigilare super domesticas oves, ne lupinis morsibus, id est, diaboli stimulis, lanientur. HIER.

Nemo plus in Ecclesia nocet, quam qui, perverse agens, nomen vel ordinem sanctitatis habet: delinquentem namque hunc redarguere nullus praesumit; et in exemplum vehementer culpa extenditur, cum, pro reverentia Ordinis, peccator honoratur.

HIER. *in pastorali.*

Talis debet esse dispensatio regiminis, ut is, qui praest, ea se circa subditos mensura moderetur, quatenus arridens timeri debeat, et iratus amari, ut eum nimia laetitia vilem reddat, aut immoderata severitas odiosum. Miscenda est lenitas severitati, faciendumque quoddam ex utraque temperamentum, ut neque multa asperitate exu-

lerentur subditi, neque nimia benignitate solvantur. Hoc nimirum illa tabernaculi Arca significat, in qua cum tabulis virga simul et manna erat, quia Scripturae Sacrae scientia in boni rectoris sit pectore, sit virga discretionis, sit manna dulcedinis. Hinc David ait: *Virga tua et baculus tuus*, etc. Virga enim percutimur, et baculo sustentamur. Sit ergo discretio virgae, quae feriat, sit et consolatio baculi, quae sustentet. Hier. *lib.* 20 *moral.*

Quid nos, o pastores, agimus, quando mercedem consequimur; et tamen operarii nequaquam sumus? Fructus quippe Sanctae Ecclesiae in stipendio quotidiano percipimus, sed tamen pro aeterna Ecclesia minime in praedicatione laboramus. Pensemus cujus damnationis sit, sine labore hic percipere mercedem laboris. Ecce ex oblatione fidelium vivimus, sed quid pro animabus fidelium laboramus? Illa in nostrum stipendium sumimus, quae pro redimendis peccatis suis fideles obtulerunt, nec tamen contra peccata eadem, vel orationis studio, vel praedicationis (ut dignum est), insudamus.

Hier: *hom.* 7.

DELLA PRESUNZIONE.

Praesumptio inanis damnatur.
Prov. 26.

La *presunzione*, opinione troppo vantaggiosa del proprio merito, è il primo effetto dell'orgoglio.

Il presuntuoso stima sempre essere alla sua portata le cose che la sorpassano; o delle quali egli, per mancanza d'esperienza, non è in istato di ben giudicare.

Cum audace ne eas in desertum, quoniam quasi nihil est ante illum sanguis, et ubi non est adjutorium, elidet te. Eccles. 8.

Terribilis est in civitate sua homo linguosus, et temerarius in verbo suo hodibilis erit. Eccles. 9.

Praesumunt Praelati non debere se reprehendi, vel accusari, pro eo quod canones non eos passim constituunt accusandos: quod tantum negatur solis criminosis, cum de reprehendendo veritas ipsa constituat: si male locutus sum, testimonium perhibe de malo. Aug. *soliloq.*

Aliter aliquid sapere quam res se habet, humana tentatio est. Nimis autem amando sententiam suam, vel invidendo melioribus, usque ad praescindendae communionis, et condendi schismatis vel haeresis sacrilegium pervenire, diabolica praesumptio. In nullo autem aliter sapere quam res se habet, angelica perfectio est. Vita itaque homines sumus, sed spe Angeli sumus; qui aequales in resurrectione futuri sumus. Quandiu ergo non habemus perfectionem angeli, non habeamus praesumptionem diaboli. Aug. *de baptismo*, *lib.* 2.

Multos impedit a firmitate praesumptio firmitatis. Nemo erit a Deo firmus, nisi qui a seipso sentit se infirmum. Aug. *de verb. Dom. c.* 14.

Nulla praesumptio perniciosior, quam de propria justitia aut scientia superbire. Aug.

Omni culpa gravius de commisso vitio superbire. Nam quamvis de virtute nasci elatio soleat, nonnunquam tamen stulta mens, perpetrata nequitia, se exaltat. Greg. *lib.* 6. *moral.*

Lumen intelligentiae humilitas aperit, superbia abscondit. Nam secretum quoddam pietatis est, et tanto minus animus ad id pervenit quanto magis intumescit, quia eo ipso foras repellitur quominus inflatur. Greg. *lib.* 25. *moral.*

Humiles coelum petunt, dum se in terram dejiciunt. Superbi infirma petunt, dum, descipiendo caeteros, quasi altioribus extolluntur. Illi, dum se despiciunt, coelestibus junguntur. Isti dum se erigunt, a superioribus dividuntur. Atque (ut ita dixerim) illi se elevantes deprimunt, isti elevantur deprimentes GREG. *lib.* 23. *moral.*

Praesumptuosus primus in conventibus residet, in consiliis primus respondet, non vocatus accedit, non missus se intromittit, reordinat ordinata, reficit facta: quidquid ipse non fecit aut ordinavit, nec rectum factum, nec pulchre aestimat ordinatum: judicat judicantes, praejudicat judicaturis. Si, cum tempus advenerit, non promoveatur ad prioratum, suum Abbatem aut invidum judicat aut deceptum.

Quomodo praesumptuosus culpam suam confitebitur, qui nec esse putat, nec putari culpabilis patitur? propterea cum culpa ei imputatur, crescit, non amputatur.

O superba praesumptio! praesumptuosa superbia, quae non solum Angelos Deo voluit adaequare, sed homines paresumpsit deificare. Porro quos erexit depressit, et quos exaltavit humiliavit. Haec turrim evertit, linguam confudit, Goliath prostravit, Aman suspendit.

BERN. *de* 12*gradib. humilitatis.*

Alios superbia non excedas, elationis pennas non erigas,

ISIDOR.*soliloq. lib.* 2. *c.* 13.

Superbus venit instituere, antequam instituatur: alios instituere cupit et docere, antequam discat: priusquam erudiatur, promulgare vult leges: et antequam discat ordines syllabarum, philosophari incipit: priusquam subjiciatur, vult habere subjectos: et antequam majorum jussis obtemperet, eripit jubentis officium: et antequam instruatur, instruere ac monere usurpat. CASS. *lib.* 1.

Omne malum execrabilius redditur, quando publica praesumptione tractatur. CASS. *in psal.*

DEL PRINCIPE.

Principum et Regum corda in manu Dei sunt. Prov. 21.

Il *principe*, nome di dignità, è colui che possiede una sovranità di titolo, o che discende da una casa sovrana.

La parola *principe* in origine significava semplicemente principale o primo (*primarius*), e talvolta viene impiegata anche oggidì in questo senso.

Principe è pure un nome che si dà a coloro, i quali, senz'essere sovrani, nè tampoco di casa sovrana, possiedono terre che portano seco il titolo di principato; oppure a coloro ai quali l'Imperatore o il sovrano lo conferiscono.

Judices et magistratus constitues in omnibus portis tuis, ut judicent populum recto judicio, nec in alteram partem declinent.
Deut. 16.

Audite ergo, Reges, et intelligite; discedite judices finium terrae. Praebete aures, vos, qui continetis multitudines, et placetis vobis in turbis nationum. Quoniam data est a Domino potestas vobis, et virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur. Quoniam, cum essetis ministri regni illius, non recte judicastis, nec custodistis legem justitiae, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende et cito apparebit vobis, quoniam judicium durissimum in his, qui praesunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cujusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cujusquam: quoniam pusillum et magnum ipse fecit, et aequaliter est illi cura de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio. Ad vos ergo, Reges, sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam, et ne excidatis. Qui enim custodierint justitiam, juste judicabuntur: et qui didicerint justa, invenient quid respondeant.

Vere Rex sapiens populi stabilimentum est.

Si delectamini in sedibus et sceptris, o Reges populi, diligite sapientiam. Sap. 6.

Leo rugiens, et ursus esuriens, Princeps impius super populum pauperem. Dux indigens prudentia multos opprimit per calumniam.
Prov. 28.

Noli regibus dare vinum, quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas: ne forte bibant et obliviscantur judiciorum, et mutent causas pauperis. Prov. 31.

Diligite lumen sapientiae omnes qui praestis populis. Sap. 6.

Judex sapiens judicabit populum suum, et principatus sensati stabilis erit, etc. Eccles. 20.

Vae terrae, cujus Rex puer est, et cujus Principes mane comedunt Eccles. 20.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Rom. 13.

Rex cum est injustus, tyrannus est.

Aug. *de civit. Dei, lib.* 2. *cap.* 10.

Malus enim si regnat, servus est tot dominorum, quot vitiorum.

Aug. *de civit. Dei, cap.* 4.

Rex servit Deo, leges justas praecipiendo, et contrarias abrogando. Aug. *in epist.* 32.

Neque nos christianos quondam Imperatores ideo felices dicimus, quia vel diutius imperarunt; vel imperantes filios morte placida reliquerunt, vel hostes reipublicae domuerunt, vel inimicos cives contra se insurgentes et cavere et opprimere potuerunt. Haec enim et alia hujusmodi aerumnosae vitae vel munera vel solatia, quidam etiam cultores daemoniorum accipere meruerunt, qui non pertinent ad regnum Dei quo pertinent isti. Et hoc de misericordia scilicet factum est, ne ab eis, qui in eum crediderunt, haec tanquam summa bona desiderentur. Sed felices eos dicimus, si juste imperant, si inter linguas se sublimiter honorantium, et nimis honorabiliter salutantium, et sibi nimis humiliter obsequentium, non extollantur; si se homines esse meminerint; si potestatem suam ad Dei cultum dilatandum; majestatique ejus famulari faciunt; si Deum timent, diligunt et colunt; si plus amant regnum illud, ubi non timent habere consortes; si tardius vindicant, facile ignoscunt. Si eamdem vindictam pro necessitate regendae tuendaequae reipublicae, non pro saturandis inimicitiarum odiis, exercent. Si eamdem veniam non ad impunitatem iniquitatum, sed ad spem correctionis indulgent. Si quod aspere coguntur plerumque decernere, misericordiae lenitate, et beneficiorum largitate compensant. Si luxuria in eis tanto castigatior, quanto potest esse liberior: et si haec omnia faciant non propter favorem inanis gloriae, sed propter charitatem felicitatis aeternae. Si propter peccata sua humilitatis et miserationis sacrificium Deo vero immolare non negligunt, tales christianos imperatores dicimus esse felices interim spe, postea re ipsa futuros, cum id, quod expectamus, advenerit. Aug. *lib.* 5. *de civit. Dei, cap.* 24.

Non terrena potestas vult esse victrix gentium, cum sit captiva vitiorum. Aug. *lib.* 15. *de civit. Dei, cap.* 8.

Auctoritas belli est penes principem : ministerium exequendi est penes milites. Aug. *contra Faust. cap.* 32.

In hoc serviunt reges Deo, si in regno suo bona jubeant, mala prohibeant: non solum quae pertinent ad societatem humanam, sed quae ad religionem divinam. Aug. *lib.* 3. *super Chrys.*

Quicumque proprium corpus subegerit, nec ejus passionibus turbari animam suam, rector sui, congrua vivacitate permiserit, is bene regia quadam potestate se cohibens, Rex dicitur : quod regere se noverit, et arbiter sui juris sit, nec captivus trahatur in culpam, nec praeceps feratur in vitium.

Ambros. *super illud psalm.*: *Anima mea in manibus.*

Nomine gigantum potentes hujus seculi significantur, aquae vero populi sunt. Greg. *moral.*

Reges a recte agendo vocati sunt: ideoque recte faciendo regis nomen tenetur, peccando amittitur. Recte ergo illi Reges vocantur, qui tam in semetipsos, quam in subditos bene regendo modificare noverunt. Isid. *de summo bono, lib.* 3.

DELLA PROMESSA.

Fidelis Deus in omnibus verbis suis. Psal. 44.

La *promessa* è la sicurtà che uno dà, a voce o in iscritto, di fare o dire qualche cosa.

Non si deve mai promettere senza la debita considerazione, e senza intenzione di mantenere la propria promessa. È d'uopo credere, secondo la Sacra Scrittura, che Dio è fedele nelle sue promesse.

Non est Deus quasi homo, ut mentiatur. Et quae procedunt de labiis meis, non faciam irrita. Num. 23. *et psal.* 88.

In repromissione Dei non haesitavit diffidentia: sed et confortatus est fide, dans gloriam Deo. Rom. 4.

Quam scilicet vitam promisit, qui non mentitur Deus. Tit. 1.

Nubes et ventus et pluviae non sequentes, vir gloriosus, et promissa non complens. Prov. 25.

Est qui locupletatur parce agendo, et haec est pars mercedis illius in eo quod dicit: Inveni requiem, bonisque meis nunc fruar assidue inscius, quod, tempus cum maneat, moritur ea relicturus.
Eccles. 11.

Expectans expectavi Dominum, et intendit mihi. Sperabam quod daret effectum verbum suum, et gratiam quam verbis promiserat, operibus exhiberet: adhuc etiam promissam expecto gratiam, fortasse sicut Arcturum Britannia, sicut Judaea Messiam. Magna enim debet esse in promissione discretio, quia inanis promissio saepe de amicis sibi comparat inimicos. Pet.Chrys. *in quadam epist.*

Sunt qui plura promittunt, et pauca reddunt; et eos, quibus mentiendo promittunt, inimicos sibi faciunt. Glos. *sup. eccles.* 22.

DELLA PROFEZIA.

Propheta in propria patria contemnitur. MATTH. 13.

Intendesi sotto il nome di *profezia* la perdizione delle cose future, per ispirazione divina.

Sotto l'antica legge Dio suscitò de'Profeti per illuminare il suo popolo, e confermarlo nella speranza del Messia. Dopo la legge nuova, i Profeti tornarono inutili, poichè la nostra istruzione è abbastanza stabilita ne'libri divini.

PRIUSQUAM te formarem in utero, novi te : et antequam exires de vulva, santificavi te, et prophetam in gentibus dedi te.
JEREM. 1.

Quia non faciet Dominus Deus verbum, nisi revelaverit secretum suum ad servos suos prophetas: AMOS. 3.

Et spiritus prophetarum prophetis subjecti sunt. 1. COR. 14.

Prophetam suscitabo eis similem tui, ponamque verba mea in ore ejus, loquenturque ad vos omnia quae praecepero illi: qui autem verba, quae loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam. DEUT. 18.

Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos per manus nuntiorum suorum : at illi subsannabant nuntios.
2. PARAL. 36.

Et misit Dominus ad vos omnes servos suos prophetas, consurgens diluculo, mittensque, et non audistis, neque inclinastis aures vestras, ut audiretis eum. JEREM. 25.

Judicium mortis est viro huic, qui prophetavit adversus civitatem istam, sicut audistis auribus vestris. JEREM. 26.

Et prophetis mandabitis dicentes: Ne prophetetis. AMOS. 2.

Jesus autem dixit: Non est propheta sine honore, nisi in domo sua. MATTH. 13.

Vae vobis, scribae et pharisei hypocritae, qui aedificatis sepulcra prophetarum. MATTH. 23.

Tunc expuerunt in faciem ejus, dicentes: prophetiza nobis quis te percussit. MATTH. 26.

*

Egrediar, et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum. 3. Reg. 22.

Et dixi, a, a, a, Dominus Deus, prophetae dicunt eis: Non videbunt gladium', et fames non erit vobis, sed pacem veram dabit vobis in loco isto. Et dixit Dominus ad me: Non misi eos, et non praecepi eis, neque locutus sum ad eos: visionem mendacem et divinationem fraudulentam, et seductionem cordis sui prophetant vobis. Jerem. 14.

Non mittebam prophetas, et ipsi currebant: non loquebar ad illos, et ipsi prophetabant. Jerem. 23.

Vae prophetis insipientibus! qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident: quasi vulpes in desertis, prophetae tui Israel, erant. Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in praelio in die Domini. Vident vana, et divinant mendacium, dicentes: Ait Dominus; cum Dominus non miserit eos, et perseveraverunt confirmare sermonem numquid non visionem cassam vidistis, et divinationem mendacem locuti estis? et dicitis, ait Dominus; cum ego non sim locutus Ezech. 13.

Si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium se vidisse dicat, et praedixerit signum atque portentum, et evenerit quod locutus est, et dixerit tibi: eamus et sequamur deos alienos, quos ignoras, et serviamus eis: non audies verba prophetae illius, ut somniatoris, quia tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat utrum diigatis eum, an non in toto corde, et in tota anima vestra. Deut. 13.

Stupor et mirabilia facta sunt in terrà, prophetae prophetabant mendacium, et sacerdotes applaudebant manibus suis Jerem. 5.

Et in prophetis Hierusalem vidi similitudinem adulterantium, et iter mendacii; et confortaverunt manus pessimorum, ut non convertatur unusquisque a malitia sua. Jerem. 23.

Haec dicit Dominus exercituum: Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, et decipiunt vos. Visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini. Jerem. 23.

Audivi quae dixerunt prophetae, prophetantes in nomine meo mendacium, dicentes: Somniavi, somniavi. Usquequo istud est in corde prophetarum vaticinantium mendacium, et prophetantium seductiones cordis sui? Jerem. 23.

Prophetae tui viderunt tibi falsa et stulta, nec aperiebant tibi iniquitatem tuam, ut te ad poenitentiam provocarent Thren. 2.

Prophetae autem ejus liniebant eos absque temperamento, videntes vana, et divinantes ei mendacium. Ezech. 21.

Scitote Israel stultum prophetam insanum virum spiritualem. Spe-

culator Ephraim cumDeo meo:propheta laqueus ruinae factus est super omnes vias ejus, insania in domo Dei ejus. OSE. 9.

Surgent enim pseudochristi et pseudoprophetae, et dabunt signa et prodigia. Nolite credere. MATTH. 24

Nam ejusmodi pseudoapostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. 2. COR. 11.

Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum. COLOSS. 2.

Fuerunt vero et pseudoprophetae in populo, sicut et in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, et eum, qui emit eos, Deum negant. 2. PET. 2.

Propheta autem, qui arrogantia depravatus voluerit loqui in nomine meo, quae ego non praecepi illi, ut diceret, interficietur.
DEUT. 18.

Sacerdos et propheta nescierunt prae ebrietate, absorpti sunt a vino, erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignoraverunt judicium. ESA. 28.

Prophetae ejus vesani, viri infideles. SOPHON. 3

Attendite a falsis prophetis. Numquid colligunt de spinis uvas aut de tribulis ficus? MATTH. 7.

Propheta autem ille, aut fictor somniorum interficietur, quibus locutus est, ut averteret vos Domino Deo vestro, qui redemit vos de domo servitutis. DEUT. 13.

Propheta docens mendacium, ipse est cauda. ESA. 9.

Idcirco haec dicit Dominus de prophetis: Qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, in gladio et famae consumentur prophetae illi; et populi, quibus prophetant, erunt projecti in viis Hierusalem, prae fame et gladio JEREM. 14.

DELLA PROSPERITA'.

Prosperitas a Deo est. GENES. 39.

La *prosperità* è il concorso delle circostanze che danno agli affari un buon fine; sicchè l' uomo deve rallegrarsi dei favori della sorte.

Possedere le ricchezze desiderate, occupare i posti agognati, godere del credito che stabilisce la sicurezza, e che lusinga l'amor proprio, ecco al certo uno stato di bella prosperità. Sembra anzi al primo sguardo che esso dovrebbe trar seco la felicità; ma è poi troppo vero, che uno stato sì fiorente non serve d'ordinario se non se a moltiplicare le sollecitudini, ed a ridurre l'uomo in una specie di servitù.

Tutti i beni che comparte la fortuna sono inferiori a quelli che dipendono dalla natura: vale a dire, una sana disposizione di spirito e di corpo; anzi solo col favore di questi può l' uomo godere di quelli.

Anche unendo gli uni e gli altri, può l' uomo essere infelice, qualora la prosperità siasi acquistata o si conservi con mezzi che, per essere contrarj alla coscienza, intorbidano la pace dell' animo. Poche persone sostengono la prosperità con modestia, e sanno farne un uso regolato dalla virtù.

NEMO frangitur adversorum molestia, qui prosperorum delectatione non capitur. AUG. *de verb. Dom. lib.* 2.

Nemo gratuletur homini qui prosperatur in vita sua, cujus peccatis deest ultor, et adest laudator. Major hic ira Domini est: irritavit enim Dominum peccator; ut ista patiatur, id est, ut correctionis flagella non patiatur. AUG. *in psal.* 7.

Magnae virtutis est cum felicitate luctari, ne illiciat, ne corrumpat, ne ipsa subvertat felicitas, magnae, inquam, virtutis cum felicitate luctari: magnae felicitatis est, a felicitate non vinci.

AUG. *de verb. Dom. cap.* 13.

Ideo Deus felicitatibus terrenis amaritudines miscet, ut illa quaeratur felicitas cujus dulcedo non est fallax.

Aug. *super Matth. serm.* 29.

Prospera hujus mundi asperitatem habent veram, jucunditatem falsam, certum dolorem, incertam voluptatem, durum laborem, timidam quietem, rem plenam miseriae, spem beatitudinis inanem.

Aug. *epist.* 36.

Nulla res longa mortalium, omnisque felicitas seculi dum tenetur amittitur : quum enim tribulationis tempus advenerit, omne quod praeteritum est nihil adjuvat sustinentem. Esa. *lib.* 7.

Difficile, imo impossibile est, ut praesentibus et futuris quis fruatur bonis, ut hic ventrem, et ibi mentem impleat: ut a deliciis addelicias transeat, et in utroque seculo primus sit, ut in terra et in coelo appareat gloriosus. Aug. *in epist.*

Si haberes sapientiam Salomonis, si pulchritudinem Absalonis, si fortitudinem Sansonis, si longaevitatem Enoch, si divitatem Croesi, si felicitatem Octaviani, quid prosunt haec, quum tandem caro datur vermibus, et anima daemonibus cum divite sine fine crucianda ? Aug. *in Matth.* 27.

Sancti viri quum sibi suppetere prospera hujus mundi conspiciunt, pavida suspicione turbantur: timent enim, ne hic laborum suorum fructus recipiant: nec timent, quod divina justitia latens in eis vulnus aspiciat, et exterioribus os vulneribus curans ab intimis repellat. Greg. *in mor.*

Quem nec abundantia in superbiam elevat, nec in necessitate cupiditas irritat, novit abundare, novit penuriam pati.

Greg. *sup. Ezech.*

Manifestum perditionis judicium est, quando affectatis iniquitatibus subsequens favet affectus, et nulla contrarietas impedit quod mens perversa concepit. Greg. *in moral.*

Quum quis positus in prosperitate diligitur, incertum est, utrum prosperitas, an persona diligatur. Amissio autem felicitatis interrogat vim dilectionis: nec prosperitas quippe amicum judicat, nec adversitas inimicum celat. Greg.

Justis amplius placet ex adversitate mala perpeti, quam ex prosperitate terrenae dispensationi cura fatigat. Greg.

Saepe omnipotens Deus, cum avarae menti vehementer irascitur, prius ei permittit ad votum cuncta suppetere, et post haec per ultionem subtrahit, ut pro eis, debeat supplicia aeterna tolerare.

Greg., *lib.* 25. *moral.*

Praesentis vitae prosperitas innocentiae testis non est: quia multi

ad perennem vitam per flagella redeunt, et plerique ad finita supplicia perducendi sine flagello moriuntur. GREG.

Praesentis vitae prosperitas aliquando idcirco datur, ut ad meliorem vitam provocet: aliquando, ut in aeternum plenius damnet.
GREG. *in past.*

Solet rerum abundantia tanto magis a timore divino mentem solvere, quanto magis hinc exigit diversa cogitare. GREG. *in homil.*

Praeferendus ille, et magnus est, cui inter prospera saltem risus indecentior, aut sermo insolentior, aut immoderatior cura vestis vel corporis non irrepsit. BERN. *lib.* 2. *de consid.*

De divitiis et floribus, et majorum nobilitate gloriaris; de patria et pulchritudine corporis, et honoribus, qui tibi ab hominibus deferuntur, te exaltas: respice teipsum, quia mortalis es, et quia terra es, et in terram ibis; circumspice eos, qui ante te sidereis fulsere splendoribus. Ubi sunt qui ambiebant civium potentatus? ubi insuperabiles oratores? ubi qui convenientius festa disponebant? ubi equorum splendidi nutritores? ubi exercituum duces? ubi satrapae et tyranni? nonne omnia pulvis? nonne omnia favillae? nonne in paucis versibus eorum vitae memoria est? Respice sepulchra, et vide, quis servus, quis dominus, quis dives; discerne, si potes, victum a rege, fortem a debili pulchrum a deformi. Memor itaque tui esto, ne aliquando extollaris: memor autem eris, si teipsum respexeris.
PROSP. *in suis sermonibus.*

Noverca virtutis prosperitas, bajulis suis sic applaudit, ut noceat; et infelici successu sic fortunatis obsequitur, ut in fine perniciem operetur; convivis suis ab initio propinans dulcia, et cum inebriati fuerint, lethale virus miscet, et si quid deterius est, quo specie sui clarescit, amplius eo stupentibus oculis densiorem infundit caliginem.
P. CHRY. *lib.* 1. *de curialium nugis.*

Saepius in altum quis attollitur, ut ruens fortius, conquassetur. Nam saepe videtur fortuna in principio prospera nuntiare, sed medium et finem replet multis adversitatibus, et concludit.
RABAN. *in quodam serm.*

In omni adversitate fortunae infelicissimum infortunii genus est, aliquando fuisse felicem. BOET. *de consol. lib.* 2.

Quam multis amaritudinibus humanae felicitatis dulcedo respersa est! BOET.

Quem felicitas amicum, infortunium facit inimicum.
BOET. *lib.* 3.

Ex rerum prosperitate luxuria: ex luxuria vero vitia omnia: sic impietas adversus Deum nascitur. LACTANT.

Quod ad alteram philosophiae partem, quam ipsi moralem vocant, in qua totius philosophiae ratio continetur, in qua sola oblectatio est atque utilitas, in qua nullus dissidio, nullus errori locus est, sed unum sentire omnes oportet, unum eligamus, ac potissimum, quod est summum ac principale bonum, in quod totius sapientiae cardo versatur. Et Epicurus quidem summum bonum in voluptate animi esse censet. Aristippus in voluptate corporis. Calliophon et Dinomachus honestatem cum voluptate junxerunt. Diodorus in privatione dolorum, summum bonum posuit. Hieronymus in non dolendo. Peripatetici autem in bonis animi, aut corporis, aut fortunae. Herilli summum bonum esse in scientia. Zenonis cum natura congruenter vivere: quidam Stoicorum virtutem sequi. LACTANT.

DELLA PROVIDENZA.

Nihil in terra sine causa fit. JOB 5.

La *provvidenza* è la suprema sapienza, colla quale Iddio governa ogni cosa. Ell'è pure la Divinità, considerata in quanto essa invigila alla conservazione dell'Universo ed ai bisogni degli uomini.

Quis praeparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad Deum vagantes, eo quod non habeant cibos. JOB. 41.

Dominus regit me, et nihil mihi deerit. PSAL. 22.

Quoniam pusillum et magnum ipse fecit, et aequaliter cura est illi de omnibus. SAP. 6.

Nonne duo passeres asse veneunt, et unus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt MATTH. 10.

In ipso enim vivimus, et movemur, et sumus. ACT. 17.

Omnem sollecitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. 1. PET. 3.

Sed omnia in mensura, et numero, et pondere disposuisti SAP. 11.

Volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi. An non licet mihi quid volo facere? MATTH. 20.

Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, et nullus ei similis ex legislatoribus JOB. 36.

Non enim est alius Deus, quam tu, cui cura est de omnibus, ut ostendas quoniam non injuste judicas judicium. PSAL. 12.

Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur? Quomodo si elevetur virga contra elevantem se, et exaltetur baculus, qui utique lignum est. ESA. 10.

Et intellexit, quod omnium operum Dei nullam possit homo invenire rationem eorum quae fiunt sub Sole, quanto plus laboraverit ad quaerendum, tanto minus inveniat: etiamsi dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire. ECCLES.

Sunt justi atque sapientes, et opera eorum in manu Dei et tamen nescit homo utrum amore an odio dignus sit: sed omnia in futurum servantur incerta, eo quod universa aeque eveniant justo et impio, bono et malo, mundo et immundo, immolanti victimas, et sacrificia contemnenti. Eccles. 9.

Gens absque concilio est, et sine prudentia. Utinam saperent et intelligerent, ac novissima providerent. Deut. 32.

In die bona fruere bonis, et malum diem praecave Eccles. 7.

Cogitationes enim mortalium timidae, et incertae providentiae nostrae Sap. 9.

Ubicunque fuerit providentia, frustantur universa contraria: ubi autem providentia negligetur, omnia contraria dominantur.

Aug. *in lib. de singul. cler.*

Providentia Dei omnia gubernantur, et quae putatur poena, medicina est. Hier. *in Ezech.*

Omnes sumus in minimis cauti, in maximis negligentes: hoc ideo fit, quia ubi vera vita sit ignoramus.

Hier. *lib. de homine perfecto.*

Prudens dicitur quasi porro videns Perspicax est enim, et incertos providet casus. Isid. *in lib. coeli.*

Scopus ille vitandus est, ubi alter offendit: pecora ipsa vitae norunt, quae laesisse cognoscunt; itinera illa non repetunt ubi in foveam corruerunt. Tenaces laqueos avis capta declinant: in rete avis suspecta non incidet; et omnia quae possunt habere contraria, faciliter casus assumerent, si curam salutis propriae non haberent.

Isid. *lib.* 4. *epist.*

Quanto majora timentur esse dispendia, tanto promptior et perfectior debet esse cautela. Pet. Chrys.

DELLA PRUDENZA.

Prudentia, quae a Deo est, piis omnibus necessaria, sed pastoribus maxime. 1. Tim. 3.

La *prudenza*, virtù che fa conoscere e praticare ciò che meglio conviene nella condotta della vita, è l'attenzione che noi poniamo nel regolare il nostro modo di procedere a tale che non solo egli raggiunga la sua meta, ma che non ne risulti pure alcun pentimento rispetto ai mezzi che avremo impiegati, ne alle varie determinazioni che avremo prese. La prudenza, la quale si acquista col tempo e con la riflessione, non si trova quasi mai con la gioventù, troppo confidente di sè, e poco esperta delle cose. Ma chi ha per guida la prudenza, ha come un timone che lo dirige fra i marosi della vita. Nello stile della *Sacra Scrittura*, chiamasi *prudenza della carne* quella destrezza nella condotta, che non risguarda se non se le cose mondane e non si riferisce punto alle celesti.

Fili mi, si susceperis sermones meos, et mandata mea absconderis penes te, ut audiat sapientiam auris tua, inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam. Si enim sapientiam invocaveris, et inclinaveris cor tuum prudentiae, si quaesiveris eam quasi pecuniam et sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, et scientiam Dei invenies: quia Dominus dat sapientiam, et ex ore ejus prudentia et scientia. Custodiet rectorum salutem, et proteget gradientes simpliciter, servans semitas justitiae, et vias sanctorum custodiens. Tunc intelliges justitiam et judicium, et aequitatem, et omnem semitam bonam. Si intraverit sapientia cor tuum, et scientia animae tuae placuerit, consilium custodiet te, et prudentia servabit te, ut eruaris a via mala, et ab homine qui perversa loquitur.
Prov. 2.

Beatus homo, qui invenit sapientiam, et qui affluit prudentia. Melior est acquisitio ejus negotiatione auri et argenti: primi et purissi-

mi fructus ejus. Pretiosior est cunctis opibus: et omnia, quae desiderantur, huic non valent comparari. Prov. 3.

Dic sapientiae, Soror mea es, et prudentiam voca amicam tuam. Prov. 7.

Ubi non est gubernator, populus corruet: salus autem, ubi multa consilia. Prov. 11.

Melior est sapientia quam vires, et vir prudens quam fortis. Sap. 6.

Et si videris sensatum, evigila ad eum, et gradus ostiorum illius exterat pes tuus. Eccles. 6.

Servo sensato liberi servient, et vir prudens et disciplinatus non murmurabit correptus, et inscius non honorabitur. Eccles. 10.

Verba autem prudentum statera ponderabuntur, in ore fatuorum cor illorum, et in ore sapientum os eorum. Eccles. 21.

Filii enim hujus seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Luc. 10.

Prudentia carnis mors est.

Qui sine Salvatore salutem vult habere, et sine vera sapientia aestimat se prudentem fieri posse, non sanus, sed aeger, non prudens, sed stultus, in aegritudine assidua laborabit, et in coecitate noxia demens et stultus permanebit. Aug. *de civit. Dei.*

Fratres charissimi, non solum silentium tenere debetis in eremo; sed prudentiam rapere festinate. Prudentia enim vobis necessaria est, quia docet quid fugiendum et quid tenendum sit. Prudentia docet te ut non superbias, nec mireris de rebus transitoriis, cum sint caducae, et ea quae possides, tanquam aliena possidere advertas. Prudentia docet te, ut quae non potes perpetuo tenere fructuose, permittas abire. Prudentia docet te, ut in cunctis idem sis, tam in prosperis quam in adversis: sicut manus, quae eadem est, et cum in palmam extenditur, et in pugnum restringitur. Ipsa te docet quomodo reprehensibilis sit nimia laudatio, et immoderata vituperatio; illa quidem adulatione, sed ista suspecta malignitate. Prudentia testimonium veritati, non amicitiae reddit: prudentia cum discretione promittit, et promissum accelerat, et amplius quam promisit praestat. Prudentia docet, quomodo praesentia ordines, quomodo praeteritorum recorderis, et quotidie futura provideas. Aug. *ad eremitas. in serm. de providentia.*

Estote prudentes, sicut serpentes, quia prudentia absque bonitate malitia est, et simplicitas absque ratione stultitia nominatur. Hieron. *super Oseam.*

Promptius nos justo viro, quam prudenti committimus. Ambr. *lib.* 2. *offic.* 8.

Animalia prophetica, et in circuitu, intus plena oculis esse memorantur. Quisquis enim exteriora sua honeste disponit, sed interiora negligit, in circuitu oculos habet, sed intus non habet. Sancti vero homines semper et exteriora sua circnmspiciunt, ut bona de se extra praebant fratribus: et interiora sua vigilantia attendunt, quia se irreprobabiles interitus judicis obtutibus parant, ideo in circuitu oculos et intus habere perhibentur. Ambr. *lib.* 29 *moral.*

Sicut quibusdam visum est, ut de primis quatuor virtutibus loquar, prudentia, temperantia, fortitudine, et justitia, quando perfectae sunt singulae tunc sibi sunt conjunctae; disjunctae autem perfectae esse nequaquam possunt: quia nec prudentia vera est, quae juste, et temperans, et fortis non est: nec temperantia perfecta, quae fortis, justa, et prudens non est: nec fortitudo integra, quae prudens fortis et temperans non est. Ambr. *lib.* 22. *moral.*

Mensuretur perfectorum fidelium vita per quadrum, et tantum habet spiritualia atrii latus unum, quantum latera singula, quia unusquisque tantum prudens est, quantum temperans, fortis et justus: tantum temperans, quantum prudens, justus, et fortis fuerit.

Ambr. *super Ezech. part.* 2. *hom.* 10.

DELLA PUNIZIONE.

Maleficos non patieris vivere.
Exod. 2.

La *punizione* è la pena inflitta dall' autorità che governa, o da colui al quale una parte di quest' autorità venne affidata.

La punizione è l' ultimo mezzo da impiegarsi, tranne i casi nei quali non può esser richiesta dalla gravità del fatto o dalla saggezza della legge. Del resto v' hanno alcuni, i quali non posson essere tenuti nel dovere se non solamente colla punizione, e verso costoro è cosa certa che non conviene allontanarsi dal principio della severità.

Factum est igitur in nocte illa, venit Angelus Domini, et percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia.
4. Reg. 19.

Confestim percussit eum Angelus Domini, eo quod non dedisset honorem Deo: et consumptus a vermibus, expiravit. Act. 12.

Vae Assur! virga furoris mei, et baculus ipse est. In manu ejus indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, et contra populum furoris mei: mandabo illi ut auferat spolia, et diripiat praedam, et ponat illum in conculcationem, quasi lutum plaetarum. Ipse autem non sic arbitrabitur, et cor ejus non ita aestimabit: sed ad conterendum erit cor ejus. Esa. 10.

Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis servire fecit exercitum suum servitute magna adversus Tyrum: et merces non est reddita ei, neque exercitui ejus de Tyro, pro servitute qua servivit mihi adversus eam. Propterea haec dicit Dominus: Ecce, ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terra Aegypti, et accipiet multitudinem ejus, et depraedabitur manubias ejus, et erit merces exercitui illius, et diripiet spolia ejus. Ezech. 29.

Tolle cunctos principes populi, et suspende eos contra Solem in patibulis, ut avertatur furor meus ab Israel. Num. 25.

Impiis et peccatoribus reddet vindictam. Eccles. 12.

Novi opera tua et fidem, et charitatem tuam, et ministerium, et potentiam, et patientiam, et opera tua novissima plura prioribus. Sed

habeo adversus te pauca, quia permittis mulierem Jezabel, quae se dicit prophetam, docere, et seducere servos meos, fornicari, et manducare de idolothytis. APOC. 2.

Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus: sed unusquisque pro peccato suo morietur. DEUT. 24.

Maledictus qui accipit munera, ut percutiat animam sanguinis innocentis. DEUT. 27.

Per quae quis peccat, per haec et torquetur. SAP. 11.

Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. JOAN. 8.

Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi datum tibi esset desuper: ait Dominus Pilato. JOAN. 19.

Pestilente flagellato, stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientem, intelliget sapientiam. PROV. 19.

Livor vulneris absterget mala; et plagae in secretioribus ventris. PROV. 20.

Mulctato pestilente, sapientior erit parvulus: PROV. 21.

Peccantes coram omnibus arguo, ut caeteri timorem habeant. 1. TIM. 5.

Poena episcopalis judicii in Ecclesia nulla major est. AUG.

Quid ergo ait; contra Dominum cogitatis? ipse est qui creavit mundum, et consumationem ejus faciet? Quod si vobis videtur crudelis et rigidus et cruentus, quod in diluvio genus delevit humanum, super Sodomam et Gomorrham ignem et sulphur pluit, Aegyptios submersit in fluctibus, Israelitarum cadavera prostravit in eremo: scitote eum ideo ad praesens reddidisse supplicia, ne in aeternum puniret. HIER. *in Nahum proph.*

Achab rex impiissimus vineam Nabuthae cruore possedit: et cum Jezabel non tam coniugio sibi, quam crudelitate conjuncta Heliae increpatione corripitur. Ad eumdem haec dicit Dominus: occidisti, et possedisti. Et iterum in loco quo linxerunt canes sanguinem Nabuthae, ibi lingent: sanguinem tuum, et Jezabel carnes comedent, ante muros Israel. Quod autem cum audisset Achab, scidit vestimenta sua et posuit saccum super carnem suam, et jejunavit, et dormivit in cilicio. Factus est sermo Domini ad Heliam dicens, quia reveritus est Achab faciem meam, non inducam malum in diebus ejus. Unum scelus et Achab et Jezabel commiserunt: sed tamen conversus Achab, ad poenitentiam, poena differtur in posteros; et Jezabel in scelere perseverans, praesenti condemnatur judicio. HIER. *ad Rusticum.*

Dominus priora delicta recentibus poenarum exemplis cavenda monstravit. HIER.

Injustus quisque eo atrocius in tormentis obruitur, quo altius peccatis elevatur; transit quod extollitur, permanet quod punitur. Qui honoratur in via, in perventione damnabitur ; et quasi per amoena prata ad carcerem pervenit, qui per praesentis vitae prospera ad interitum tendit. Greg. *lib.* 6. *moral.*

Horrendo modo fit miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia et mors semper vivit, et finis semper incipit, et deficere defectus nescit. Mors perimit, et non extinguit: dolor cruciat, sed nullatenus pavorem fugat: flamma comburit, sed nequaquam tenebras excutit. Greg. *lib.* 9. *moral.*

Poena praesens, quae injusti animum a pravis desideriis mutat, ab aeternis suppliciis non liberat quos mutat : nam quem praesentia mala non corrigunt, ad sequentia perducunt.

Greg. *lib.* 15. *moral.*

Contra Dominus ad Moysen : Ego sum Deus zelotes, qui visito peccata patrum in filios, usque in tertiam et quartam generationem, licet non in aequalitate judicii, sed magnitudine clementiae.

Greg. *lib.* 20.

Quia sunt culpae in quibus culpa est relaxare vindictam; quaerenda semper est veritas, ut inquiri debeat utrum accusatum noxa contemnet an a poena innocentia patefacta sbuducat. Greg.

Justius est enim injustum juste evadere, quam justum injuste puniri: quia reus etsi semel evaserit, si semel perierit, jam non potest revocari Joan. Chrys. *super Matth. cap.* 1.

Juste puniuntur qui licitis abutuntur, justius vero puniuntur qui aliena rapere conantur: sic Satanas coelum, sic Protoplastus perdidit paradisum. Hugo. *lib.* 2. *de anima.*

DELLA PUSILLANIMITA'

Noli esse pusillanimis in animo tuo
ECCLES. 7.

Dicesi *pusillanimità* l'eccessiva timidezza, la mancanza di coraggio, e la debbolezza dell'animo o del cuore.

Essa è altresì l'incertezza e la perplessità nelle imprese, l'indecisione nel determinarsi, lo stato di dubbiezza e di ansietà nelle cose più ordinarie, la vigliaccheria nel pericolo, la dappocaggine ne' modi di procedere, e la scelta dell'obbrobrio, mentre l'onore stimola l'animo ed eccita il coraggio; o, meglio ancora, è l'intiero obblio dell'onore, ed il contrario del coraggio.

DICITE pusillanimis: confortamini, et nolite timere. ESA. 35.

Dejectae mentis est, qui familiaris rei meminit, quum vocatur ad regnum animus plumbeum numulum thesauris regalibus anteponit: pauper sensus, qui parvis incumbens perdit magna, et inhians temporalibus perdit sempiterna. PET. CHRYS.

Remissio quae os praelati obstruit, quae mentem ejus dejicit, quae adulatorem et venditorem olei facit, dum sibi quietem et honorificentiam venatur in favorem principum, haec miseros praecipitat in foveam scandalorum: haec est remissio, per quam unus aedificat parietem, et alius linit; per quam laudatur peccator in desideriis animae suae, et iniquus benedicitur, imo per hanc canes muti, non valentes latrare, per consensus uniformitatem, faciem et similitudinem peccatorum assumunt, sicut scriptum est: Usquequo judicatis iniquitatem, et facies peccatorum sumitis? PET. CHRYS. *epist.*

DEL CERCAR DIO.

Deus est quaerendus.
Dev 4.

Quaerite faciem ejus semper. Si semper quaeritur, quando invenitur? An semper dixit, nempe in tota vita, quia hic vivitur? ex quo hic debere nos facere cognovimus, quando et inventus quaerendus est. Jam Deum invenit fides: sed adhuc eum quaerit spes: charitas autem et invenit eum per fidem, et eum quaerit habere per spem: ubi tunc sit invenitur, ut ultra non quaeratur, forte quum facie ad faciem eum videbimus, sicut est, adhuc perquirendus erit: et sine fine quaerendus; quia sinefine amandus. Aug. *in Psal.* 105.

Quaeramus inveniendum, quaeramus inventum: ut inveniendus quaeratur, occultus est: ut inventus quaeratur, amandus est. Aug. *in Joan.*

Si homo ita creatus est, ut per id quod in eo praecellit attingit illud quod cuncta praecellit, id est unum verum optimum, sine quo nulla natura subsistit, nulla doctrina instruit, nullus usus expedit: ipse quaeratur ubi nobis secura sunt omnia: ipse cernatur, ubi omnia nobis certa sunt: ipse diligatur, ubi nobis recta sunt omnia. Aug. *de civit. Dei.*

E coelis misit ad nos epistolas pater noster, ministravit nobis Scripturas Deus, quibus epistolis fieret in nobis redeundi desiderium: quia peregrinationem nostram diligendo, ad hostes faciem posueramus, et dorsum ad patriam. Aug. *in psal.* 64.

Quaerite Dominum dum inveniri potest. Modo non videtur, Dominus, et prope est. In Judicio videbitur, et prope non erit: nec dum in judicio apparuit, et si quaeratur invenitur. Nam miro modo quum in judicio apparuerit, et videri potest, et invenire non potest. Greg. *lib.* 27. *moral.*

Nemo te, Domine, quaerere valet, nisi qui prius invenerit. Vis ergo inveniri ut quaeraris, quaeri ut inveniaris: potest quaeri et inveniri, non tamen praeveniri. Bern. *de diligendo Deo.*

DELLA RAPINA.

Rapinae et intemperantiae nomine intelliguntur. Matth. 23.

La *rapina*, azione di rubare qualche cosa con violenza, è tutto ciò che per sua natura va unito all' idea d'assassinio, d'avidità, di rapacità, di preda, di scorreria, di furto.

Rapere proprie est, cum impetu quodam et violentia auferre. Ponitur etiam pro vitiare, et proprie est de virginibus. Et sic raptus, ut est species luxuriae, est, quando puella de domo patris violenter abducitur, ut corrupta, matrimonio habeatur, sive ei, sive parentibus violentia inferatur. Thom.

Raptus quandoque est cum stupro, et quandoque sine eo, ut in raptu viduae, vel nuptae, vel corruptae. Et quandoque stuprum est sine raptu, si defloretur virgo sine vi. Thom.

Raptus est illicitus concubitus cum violentia. Thom.

Rapacitas continetur sub violentia, cum sit species ejus: quae violentia est filia avaritiae. Thom.

Si in ignem mittitur qui non dedit rem propriam, ubi putas mittendus erit qui invasit alienam? Si cum diabolo ardet qui nudum non vestivit, ubi putas arsurus est qui expoliavit? Non nocent mala praeterita, si non placent. Aug. *de verb. Dom. cap.* 20.

Si pœnale est clanculum auferre, multo majoris pœnae est violenter eripere. Aug. *in serm.*

Remota justitia, quid sunt regna, nisi magna latrocinia? quia latrocinia quid sunt, nisi prava regna? hoc malum tantum crescit, ut et loca teneat, sedes constituat, civitates occupet, populos subjuget, et evidentius regni nomen assumit. Quod etiam in manifesto confert non dempta cupiditas, sed addita impunitas. Ideo eleganter et veraciter Alexandro Magno quidam pirata comprehensus, respondit, cum ab eo interrogaretur: quid sibi, ut mare haberet infestum; ille libera voce: quid tibi, inquit, ut orbem terrarum? sed ego quia exiguo navigio facio, latro vocor: quia tu magna classe, imperator. Aug. *de civit. Dei.*

Nostri quoque principes cum pauperes delinquentes publice arguant, et confundant, divitibus pejora peccantibus nec nulum fa-

ciunt , in quorum domibus rapinae sunt , dum Ecclesiae opes sibi thesaurizzant, et in deliciis abutuntur quae ad sustentationem pauperum dantur: et sibi reservant, nec propinquis distribuunt, et aliorum inopiam suas vel suorum faciunt divitias.

Aug. *in gloss. sup. Isa.* 3.

Si sterilitas in ignem mittitur , rapacitas quid meretur; aut quid recipiet qui alienum tulerit , si semper ardebit qui de suo non dederit ? Et si judicium sine misericordia erit illi qui non fecerit misericordiam , quale judicium erit illi qui fecerit et rapinam? Fulgent.

Sicut ovis tondentem se non increpat, ita nec justus cupiditatem se expoliantis accusat. Cass. *in psal.* 8.

Pauperibus non dare tulisse est , et merito : quando non potest esurientibus subvenire , si non pascit , extinguit. Pudeat illis tollere quibus jubemur offerre. Ultra omnes crudelitates est divitem velle fieri de exiguitate mendici. Amentur honesta lucra ; horreantur damnosa compendia. Nullus audeat inde tollere quod debet collectum dispergere : addendo perdit qui retinendo colligit , et paupertatem potius ad se trahit , si exigentium pecunias non repellit.

Cass. *lib.* 5. *epist.*

Multi sine peccato putant esse , si alienum , quod invenerint, teneant, et dicunt: Deus mihi dedit ; cui habeo reddere ? Discant hoc peccatum simile esse rapinae, si quis inventa non reddat.

Hieron. *in lib. levit.*

Nemo qui rapit , moriens (si habet unde reddat) salvatur : si eos, quorum fuit , invenire non poterit , Ecclesiae vel pauperibus tribuat. Hieron.

Si quis usuram accipit , rapinam facit , vita non vivit.

Ambr. *in lib. de bono mortis.*

Rapinam emere non licet , nisi ea intentione ut , cui est ablata , restituatur. Amb.

Si quod invenisti non reddidisti , rapuisti : quantum potuisti fecisti : quia plus non invenisti , ideo plus non rapuisti: qui alienum negat, si posset, tolleret. Deus cor interrogat , non manum. Aug.

DELLA RICONCILIAZIONE

Reconciliatio cum fratre praecipitur. Matth. 5. 24.

La *riconciliazione* è il ricomporre gli animi discordi ed avversi: è per altro assai rara cosa che una *riconciliazione* sia sincera, quando abbia esistito una meditata offesa. Chiamasi anche riconciliazione l'atto solenne con cui un Eretico viene riunito alla Chiesa da cui s'era disgiunto, ed assolto dalle censure in cui era incorso. La *riconciliazione* dicesi pure della cerimonia di ribenedire una Chiesa profanata.

Si absens est, vade non pedibus corporis, sed animo humili te prosternas in conspectu ejus cui oblaturus es: si praesens est, revocandus est ad mortem, ab eo veniam petendo; si eum laesisti vel si te laeserit, dimittendo cordis rancorem. Aug. *in Matth.* 5.

Sciendum quod ille recte delicti sui veniam postulat, qui prius hoc, quod in ipso delinquitur, relaxat. Manus enim non accipitur, nisi ante discordia ab animo pellatur, dicente veritate: si offers munus tuum, etc. Qua in re pensandum est, cum omnis culpa munere solvatur, quam gravis est culpa discordiae, qua nec munus accipitur, nec proximus reconciliatur. Debemus itaque ad proximum, quamvis longe positum longeque disjunctum, mente ire, eique animum subjicere, humilitate ac benevolentia placare.

Gregor. *dial. lib.* 4.

Si cogitatu offendisti, cogitatu reconciliare: si verbis, verbis: si factis, factis. Non enim quem factis laesisti sine factis placaveris. Sine causa oras Deum, sine causa eleemosynas facis de rebus quibus aliosspoliasti. Quid enim prodest si unus ad Deum pro te orat, et alius adversum te Deum interpellet? juxta illud Ecclesiastici 34. « Dona iniquorum non probat Altissimus ». Chrysos. *in Matth.* 5.

DELLA REDENZIONE

Redemptor noster Christus.
TIM. 2. 6.

La *redenzione* è un termine consacrato per significare il riscatto del genere umano oprato dal nostro Signor Gesù Cristo, intanto ch'egli si è incarnato ed immolato alla morte, e si offerse al padre suo qual vittima espiatoria de' peccati degli Uomini, per riscattarli dall' eterna dannazione ch'essi avevano meritata coi loro peccati.

Quindi non v'ha alcun mortale, che, in considerazione del prezzo del sangue da Gesù Cristo su la croce versato, non possa sperare la propria riconciliazione con Dio, purchè egli faccia tutto ciò che sta in suo potere per partecipare della grazia che va unita alla redenzione.

DOMINE adjutor meus, et redemptor meus. PSAL 28.

Redemptionem misit Dominus populo suo. PSAL. 111.

Quia apud Dominum misericordia, et copiosa apud eum redemptio. Et ipse redemit Israel ex omnibus iniquitatibus ejus. 130.

Ecce enim in iniquitatibus vestris venditi estis, et in sceleribus vestris dimisi matrem vestram, quia veni, et non erat vir; vocavi, et non erat qui audiret. Numquid abreviata et parvula facta est manus mea, ut non possim redimere? aut non est in me virtus ad liberandum? ESA. 50.

Solve vincula colli tui captiva filia Sion Gratis venundati estis, et sine argento redimemini. ESA. 52.

Dignus es, Domine, accipere librum, et aperire signacula ejus: quoniam occisus es, et redemisti nos in sanguine tuo. APOC. 5.

DEL REGNO

Regna et imperia Deus transfert et mutat: Job: 34

Un *regno* è uno Stato retto e governato da un Re.

I Re non possono alienare il regno loro senza l'assenso de'sudditi; perchè ogni regno è *ereditario* od *elettivo*. Se è *ereditario*, la famiglia regnante è la sola riconosciuta dalla nazione, la sola verso cui questa è obbligata: se è *elettivo*, la nazione non può essere privata del dritto di scegliere, secondo gli usi, il sovrano dal quale acconsenta di essere governata.

Rex insipiens perdet populum suum, et civitates inhabitabuntur per sensum prudentium. Eccles. 10.

Ecce oculi Domini super regnum peccans, et conteram illud a facie terrae Amos. 9.

Simile est regnum coelorum grano sinapis. Matth. 13.

Ecce regnum Dei intra vos est. Luc. 17.

Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute 1. Cor. 4.

Quaerite ergo primum regnum Dei, et justitiam ejus. Matth. 6.

Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suae, in quo habemus redemptionem et remissionem peccatorum. Coloss. 1,

Nam si commortui sumus, convivemus: si sustinebimus, et conregnabimus. 2. Tim. 2.

Dico autem vobis, quod multi ab oriente et occidente venient, et recumbent cum Abraham, et Isaac et Jacob in regno coelorum: filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores. Matth. 8.

Homo quidam fecit coenam magnam, et vocavit multos. Et misit servum suum hora coenae dicere invitatis ut venirent, quia parata sunt omnia. Et coeperunt simul omnes excusare, Luc. 14.

An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite er-

rare : neque fornicarii , neque idoli servientes, neque adulteri , neque molles , neque masculorum concubitores , neque fures , neque avari, neque ebriosi ,neque maledici, neque rapaces , regnum Dei possidebunt.1.Cor. 6.

Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus , et regnabit in domo Jacob in aeternum, et regni ejus non erit finis. Luc. 1.

Recta domus, ubi vir imperat , foemina obtemperat. Rectus ergo ille homo, ubi spiritus imperat, caro servit. Aug. *in epist.*

Omnia indigent Domino , et misera et felicia , quia sine illò miser non sublevatur, et felix non regitur. Aug. *in psalm*.31.

Quicumque proprium corpus subegerit, nec ejus passionibus turbari animam suam, rector sui, congrua vivacitate permiserit, is bene,egia quadam potestate se cohibens, Rex dicitur,; quod regere se noverit , et arbiter sui juris , ne captivus trahatur in culpam , nec praeceps feratur in vitium. Aug. *in psal.* 118.

Saepe disciplinae metu resolvimus subditos,si nostro regimini hilaritatis fraena relaxamus : quia dum nos quasi licenter aspiciunt , audacius ipsi ad illicita resolvuntur . Greg. *in mor.*

Quemadmodom certantibus ventis mare concutitur , sic regibus sibi adversantibus populus regni vexatur. Chrys. *in Matth.* 2.

Non caret regia potestate qui corpori suo noverit rationabiliter imperare.Vere dominator est terrae qui carnem suam regit legibus disciplinae : nec potest fieri ut non grandi pondere ruinae super hominem voluntas propria cadat , si voluntati sui superioris extollendo eam praeponat. Prosper. *in sent.*

DELLA RELIGIONE

Religio nihil aliud est, quam cultus divinus. Aug. lib. 20 de civit. Dei.

La *religione* è il culto che rendesi alla divinità. Non vi ha se non un Dio solo, autore creatore e padrone supremo dell'Universo; altissimo, onnipossente: eterno ed incomprensibile.

Se innalziamo i nostri sguardi al Cielo, la sua gloria vi rifulge da ogni parte; se li abbassiamo verso la Terra, noi vi scorgiamo dovunque l'impronta della bontà sua. I colli e le valli, le pianure, le riviere, le selve, tutto risuona delle sue lodi, tutto vi canta le sue beneficenze.

Il possente ed il debole, il ricco ed il povero, il dotto e l'ignorante, tutti alla per fine, allorquando l'animo loro sarà svincolato dalle pesanti catene di questa vita mortale, riceveranno egualmente dalla sentenza di Dio la giusta ed eterna ricompensa dovuta alle opere loro.

Considerata la religione solo in rapporto a questa terra, è la messaggera di pace e di conforto. L'uomo cui abbonda la miseria, in seno di essa sente la vita men grave è travagliata. E non è ancora la religione che rattiene le smodate passioni e scema il numero de'delitti? Senza la religione la terra sarebbe un soggiorno di belve.

Nunc audi praecepta et judicia quae ego doceo te, ut faciens ea vivas, et ingrediens possideas terram quam Dominus Deus patrum vestrorum daturus est vobis. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ab eo. Custodite mandata Domini Dei vestri, quae ego praecipio vobis. Deut. 4.

Quod praecepio tibi, hoc tantum facito Domino: nec addas quidquam, nec minuas. Deut. 12.

Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. JOAN. 8.

Si confessus fueris ore tuo Dominum Jesum, et credideris in corde tuo quod illum Deus excitavit a mortuis, salvus eris ROM. 10.

Tradidi imprimis vobis quod accepi, quod Christus mortuus fuerit pro peccatis nostris. 1. COR. 15.

Omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est, JOAN. 4. et 5:

Et ligabis verba mea quasi signum in manu tua, scribesque ea in limine et vestibulo domus tuae. DEUT. 6.

Ponite haec verba mea in cordibus vestris ac animis vestris, et suspendite ea pro signo in manibus, et inter oculos vestros collocate. DEUT. 13.

Beatus vir qui meditatur in lege Domini, die ac nocte. PSAL. 1.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis. PSAL. 118.

Quomodo credunt ei, de quo non audierunt? quomodo autem audient absque ulla praedicatione, vel praedicante? quomodo autem praedicabunt, nisi, missi fuerint? Fides ergo per verbum Dei: si per verbum Dei, itaque necessario concluditur, nullam esse fidem quae non subsistit in verbo Dei ROM. 10.

Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis: Constat ergo quod, qui ex Deo nati sunt, ejus verbum audiunt: et contra, qui non audiunt, ex Deo nati non sunt. Qui vero ex Deo nati sunt, non ex voluntate viri. JOAN. 1.

Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam a malo, sed seducens cor suum, hujus vana est religio. Religio munda et immaculata apud Deum haec est: visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc seculo. JACOB. *in epist. cap.* 1.

Amputetis occasionem turpium nundinarum, quibus existimatio vestra laeditur, et infirmis offendiculum ponitur, et ostendite hominibus non vos in otio facilem victum, sed per angustam et arctam viam regnum Dei quaerere. AUG. *lib. de opere monachorum*.

Vos autem, fratres, hortamur in Domino, ut propositum vestrum in Domino custodiatis, et usque ad finem vitae perseveretis: ac si qua opera vestra mater Ecclesia desideraverit, nec elatione avida suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis; sed miti corde obtemperetis Deo, cum mansuetudine portantes eum, qui vos regit mites in judicio, qui docet mansuetos vias suas, nec otium vestrum necessitatibus Ecclesiae proponatis: cui parturienti si nulli boni ministrare vellent, quomodo nasceremini, non inveneritis. AUG. *ad Eudoxium*.

Extruis monasteria, multus a te per insulas Dalmatiae pauperum numerus sustentatur; sed melius faceres, si et ipse sanctus inter sanctos viveres. Hier. *epist.* 95 *loquens ad Nepotianum.*

Procuratores atque dispensatores domorum alienarum clerici quomodo esse possunt, qui proprias jubentur contemnere facultates?
Hier. *epist.* 32.

Sunt aliqui de ordine nostro homines, qui ideo presbyteratum et diaconatum ambiunt, ut mulieres licentius videant: omnibus his cura de vestibus, si bene oleant, si spes laxa pelle non folleat, crines calamistro rotentur, digiti annulis radient. Hier. *ad Eustachium.*

Si cupis esse, quod diceris, monachus, id est solus, quid facis in urbibus? Habeto simplicitatem columbae, ne cuiquam machineris dolos: et serpentis astutiam, ne aliorum supplanteris insidiis. Non multum distat in vitio, vel decipere posse, vel decipi christianum. Quem senseris tibi aut crebro de nummis loquentem (excepta eleemosyna, quae indifferenter omnibus patet), institorem potius habeto, quam monachum; praeter victum et vestimentum, et manifestas necessitates, nihil cuiquam tribuas ne filiorum panes comedant.
Hier. *ad Paulin.*

Latro est, et Domum Dei convertit in speluncam latronum, qui lucra de religione sectatur; cultusque ejus non tam cultus Dei quam negotiationis occasio est. Hier. *sup. Matth. lib.* 4.

Pudet dicere de cavernis cellularum: urbem damnamus, in sacco et cinere, veluti de ipsis, sententiam ferimus. Quid facit sub tunica poenitentis regius animus, qui alios vult regere, et alios judicare, et a nemine regi, et a nemine judicari? Hier. *in epist. ad Marcum.*

Sunt ditiores monachi quam fuerant saeculares: possident opes sub Christo paupere quas sub locuplete Diabolo non habuerant: et sustinet eos Ecclesia divites quos tenuit Mundus ante mendicos. Nepotianus noster aurum calcans, cellulam consectatur.
Hier. *in Epist. ad Heliodor.*

Aegyptiorum monasteria hunc tenent morem, ut nullum absque opere et labore suscipiant, non tam propter victus necessitatem, quam propter animae salvationem. Hieron. *in epist. ad Rusticum.*

Natus in paupere domo, et in tugurio rusticano, qui vix milio et pane eribrato rugientem satiare ventrem poteram, nunc similam et mella fastidio. Hier. *ad Nepotianum de seipso loquens.*

Quia terreni principes Magno se Deo humilitate substernunt, pravi homines, qui dudum contra Ecclesiam, in infidelitate positi, aperta adversitate saeviebant, nunc ad alia fraudis argumenta vertuntur. Quia enim illos religionem venerari conspiciunt, ipsi cultum

religionis assumunt, et honorum vitam sub despectis vestibus iniquis moribus premunt. Mundi quippe delictores sunt; hocque in se, quod homines venerentur, ostendunt, atque eis, qui vere semetipsos despiciunt, non mente, sed veste copulantur. Quia enim praesentem gloriam amantes assequi non possunt, quasi despicientes sequuntur: honores enim fugiunt, ut honoribus obvient. Multi de inchoata justitia laudari appetunt, praeesse caeteris melioribus concupiscunt, quos plerumque, dum juxta votum praesens prosperitas sequitur, multo, quam fuerant, de sanctitatis habitu pejores fiunt.

GREGOR. *lib.* 31. *moral.*

Saepe, quum de vita proximorum querimur, mutare locum conamur, secretum vitae remotioris eligere, videlicet ignorantes, quia si desit spiritus, non adjuvat locus. Idem enim Loth, de quo loquimur, in Sodomis sanctus extitit, in monte peccavit. Quia autem loca mentem non muniunt, ipse humani generis primus testatur parens, qui in paradiso cecidit. Sed minus sunt omnia, quae loquimur, ex terra: nam si locus salvare potuisset, Satan de coelo non caderet.

GREG. *super Ezech. hom.* 9.

Apparet, nullam aliam spem vitae homini esse propositam nisi ut, abjectis vanitatibus, et errore miserabili, Deum cognoscat, et Deo serviat; nisi huic temporali renuntiet vitae, ac se rudimentis injustitiae ad cultum verae religionis instituat. Hac enim conditione gignimur, ut generanti nos Deo justa et debita obsequia praebeamus: hunc solum noverimus, hunc sequamur. Hunc vinculo pietatis obstricti Deo et religati sumus, unde ipsa religio nomen accepit.

LACTANT. *lib.* 4. *cap.* 82.

DELLA RISURREZIONE

Resurget justus, ut judicet; peccator ut judicetur; impius ut sine judicio puniatur. CASS. *in psal.*

La *risurrezione* è il ritorno dalla morte alla vita.

La religione c' insegna che noi ricupereremo un giorno una vita immortale. Siffatta vita però non intendesi di quella dell'anima, la quale, immortale per propria essenza, non può cessar mai di essere, ma esprime che il corpo, di cui fummo spogliati, si riunirà di bel nuovo all'anima nostra, per non separarsene mai più.

La risurrezione di Gesù Cristo è il più possente suggello della verità della religione cristiana; e vana sarebbe la fede nostra se il Salvatore del mondo non fosse risuscitato; ma troppo autentiche ed invincibili prove ci attestano tale risurrezione, sicchè non è permesso ad alcuno il revocarla in dubbio.

SCIO, quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum, et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum salvatorem meum. JOB. 19,

E coelo ista possideo: sed, propter Dei leges, nunc haec ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea recepturum spero. 2. MALACH. 7.

De resurrectione mortuorum non legistis, quod dictum est a Deo, dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob. Non est Deus mortuorum, sed viventium. MATTH. 22.

De mortuis quod resurgant non legistis in libro Moysis? MARC. 12.

Quia resurgant mortui, et Moyses ostendit secus rubum, sicut dicit Dominum, Deum Abraham, Deum Isaac, et Deum Jacob. Deus autem non est mortuorum, sed vivorum. Omnes enim vivunt ei. LUC. 20.

Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in novissima tuba, Canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur. 1. COR. 15.

Et hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur. HEB. 11.

Quidam Epicurei et Stoici philosophi disserebant cum eo, et quidam dicebant: Quid vult seminiverbius hic dicere? Alii vero: Novorum daemoniorum videtur annuntiator esse, quia Jesum et resurrectionem annuntiabat eis. ACT. 17.

Vivent mortui, interfecti mei resurgent. ESA 26.

Ecce ego aperiam tumulos vestros, et educam vos de sepulcris vestis populus meus, et inducam vos in terram Israel. EZECH. 37.

Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei: Et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae: qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii. JOAN. 5.

Quod si Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis; qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis. ROM. 8.

Nunc Christus resurrexit a mortuis primitiae dormientium; quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. 1. COR. 15.

Scientes quoniam qui suscitavit Jesum, et nos cum Jesu suscitabit, et constituet vobiscum. 2. COR. 4.

Si credimus, quod Jesus mortuus est, et resurrexit: et Deus eos, qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo. 1. THESS. 4.

Et multi de his, qui dormiunt in terrae pulvere, evigilabunt: alii in vitam aeternam, alii in opprobrium, ut videant semper. DAN. 12.

Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti; et qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates. DAN. 12.

Si complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul et resurrectionis erimus. ROM. 6.

Sed dicit aliquis: Quomodo resurgent mortui? quali autem corpore venient? Insipiens tu, quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur. 1. COR. 15.

Stella enim differt a stella in claritate: sic et resurrectio mortuorum. 1. COR. 15.

Nostra conversatio in coelis est: unde etiam salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum. PHIL. 3.

Cum autem Christus apparuerit, vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. COLOSS. 3.

Resurgent sanctorum corpora sine ullo vitio, sine ulla deformitate, sine ulla corruptione, sine difficultate: in quibus tanta facilitas, quanta felicitas erit. Aug. *in enchirid.*

Surrexit Christus, exultet universus mundus. Par etenim est, ut sicut omnis creatura lugubri doluit prorata in morte Creatoris sui, et quae funere noctis obscuro prosecuta est exequias in cruce morientis, nunc triumphalem ab inferis reditum laeta suscipiat resurgentis. Aug. *in serm.*

Tres mortuos invenimus a Domino resuscitatos visibiliter, multos invisibiliter: quos autem mortuos invisibiliter suscitaverit, quis novit? Non enim scripta sunt omnia signa, quae fecit; quae, si scripta essent, arbitror totum mundum non posse libros capere. Aug.

Tres; scilicet filiam archisynagogi adhuc in domo jacentem, juvenem filium viduae extra portam elatum, et Lazarum quatriduanum sepultum excitavit ex mortuis. Sunt tria genera peccatorum, quos hodie suscitat Christus, delectationis, operis, consuetudinis.

Aug. *de verb. Dom.*

Raptus est Dei filius ab humanitate ad divinitatem in assumptione, a passibilitate ad immortalitatem in resurrectione, a minoritate ad Patris aequalitatem in ascensione; quia quantus fuit descensus a sinu Patris ad patibulum crucis, tantus fuit ascensus a patibulo crucis usque ad dexteram Patris. Aug. *in glos. super apocalyps.* 12.

Venit Christus, et completa sunt in ortu ejus, vita, dictis, passionibus; morte, resurrectione, ascensione, omnia praeconia prophetarum. Aug. *in epist. ad Volusian.*

Haec est dies, quam fecit Dominus, etc. Quis dies? nempe ille, qui tribuit vivendi principium, lucis exordium, auctor luminis ipse Dominus Jesus Christus, qui de semetipso ait: Ego sum, inquit, dies; qui per diem ambulat, non offendit. Est enim Pascha vere anni principium, primi mensis exordium, novella germinum, reparatio a terrae hyemis nocte discussa, primi veris restituta jucunditas: in quo Deus defixa humo coeli machinam suspendens, diem solis ardore radiavit, splendorem lunae solatio noctis attribuit, pendentem coeli cameram splendentium siderum decoravit ornatu.

Ambr. *in epist. de mysterio pascha.*

In ipso raptu mors praevenit, et quasi per soporem egressa anima in momento redditur Ambr. *in* 1. *ad Thess.*

Cerne manus, Judaee, quas fixeras; cerne latus, Romane, quod foderas: videte corpus, an idem sit, quod dicebatis clam tulisse discipulos. Hieron. *in epist. ad Heliod.*

Redemptor noster suscepit mortem, ne mori timeremus: ostendit resurrectionem, ut nos posse resurgere confidamus.

Gregor. *in moral.*

Non casu factum est, ut discipulis Dominum videntibus post resurrectionem, dilectus ille discipulus tunc deesset: post autem veniens audiret, dubitans palparet, palpans crederet. Non casu gestum est, sed vivendo et palpando factus est testis verae resurrectionis.

Gregor. *hom. in Joan.* 20.

Quod discipuli tarde crediderunt, non tam infirmitas illorum, quam nostra firmitas fuit: nam, illis dubitantibus, resurrectio multis argumentis monstratur, quia et comedit, et se oculis videndum, et manibus palpandum et contrectandum praebuit, quod de solo spiritu non potest. Minus Maria Magdalene praestitit, quae statim credidit, quam Thomas, qui diu dubitavit. Greg. *in Matth.* 28.

Sunt nonnulli considerantes, quod spiritus a carne solvitur, quod caro in putredinem vertitur, quod putredo in pulverem redigitur, quod pulvis in elementa solvitur, ut nequaquam ab humanis oculis videatur, resurrectionem fieri posse desperant; et dum arida ossa respiciunt, haec vestiri carnibus, rursum quoad vitam viridescere posse diffidunt: qui si resurrectione fidem ex obedientia non tenent, certam hanc tenere ex ratione debuerant. Quid enim quotidie nisi resurrectionem nostram in elementi suis mundus imitatur? Nam per momenta temporum cernimus arbusta viriditatem foliorum amittere, a fructuum prolatione post largitionem cessare, et ecce subito quasi ex arescenti ligno, velut quadam resurrectione veniente, videmus folia erumpere, fructus grandescere, et totam arborem redivivo decore vestiri. Gregor. *in moral.*

In omni re aut actu, virtus agendi spes est futuri. Qui enim arat, arat ut metat: qui pugnat, pugnat ut vincat. Tolle ergo spem resurrectionis, et resoluta est observantia omnis pietatis.

Chrys. *in Matth.* 22.

Si resurrectio non est, neque Deus est, neque providentia est, tunc casu omnia feruntur et aguntur. Videmus enim plurimos justos esurientes et injuriam patientes, peccatores autem et injustos in divitiis et in omni voluptate abundantes: sed quis unquam hoc justi judicii vel sapientis providentiae opus bene sentiens suspicabitur? Erit ergo resurrectio: justus enim Deus est, et his qui confidunt in eum, mercedi retributor. Damascen. *lib.* 4.

Affligimur in ejus passione, gaudeamus in ejus resurrectione: sic enim possumus pii dici, si ejus dispensationibus meremur aptari.

Cass. *in psal.*

Est in Christo homine uniuscujusque nostrum caro, sanguis et portio; ubi ergo portio mea regnat, regnare me credo; ubi dominatur sanguis meus dominari me sentio; ubi glorificatur caro mea, me gloriosum esse cognosco. MAX. *In serm. de pa.*

Quia in paradiso mulier propinavit viro mortem, a sepulcro mulier viris annuntiat vitam: ut sicut occasione sexus muliebris fuit introductio mortis, ita hic ex pietate sexus muliebris nuntiatio vitae, ut quae viro transfuderat culpam, transfundat et gratiam.

RABA *in Matth.*

DEL SACERDOTE.

Presbytero humilia animam tuam.
Eccles 4.

Il *sacerdote*, ministro del vero Dio, è colui che hà ricevuto l'Ordine del sacerdozio, in virtù del quale ha il potere di celebrare la Messa, e dare l'assoluzione de' peccati.

Sacerdotes qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiam eos. Exod. 19. 28. 30.

Accede ad altare, et immola pro peccato tuo. Offer holocaustum (ait Moses Aaroni), et deprecare pro te et pro populo. Lev. 9. 10. 21. 22.

Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum et animam meam faciat. 1. Reg. 2.

Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. Heb. 5.

Vinum, et omne quod inebriare potest, non bibetis tu et filii tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonii, ne moriamini. Lev. 10.

Oportet Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem; non superbum, non iracundum, non violentum. Tit. 1.

Sacerdotes tui induantur justitia. Psal. 131.

Mundamini, qui fertis vasa Domini. Esa. 52.

Et viduam et repudiatam, non accipient uxores; sed virgines de semine domus Israel. Ezech. 44.

Te ipsum castum custodi. 1. Tim. 5.

Juvenilia desideria fuge: sectare vero justitiam, fidem, spem et charitatem, et pacem, cum his qui invocant Dominum de corde puro 2. Tim. 2.

Et nunc, fratres, quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, et ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda illorum erigite. Judith. 8.

Et populum meum docebunt quid sit inter sanctum et pollutum; mundum et immundum ostendent eis: et quum fuerit controversia, et stabunt in judiciis meis, et judicabunt. Ezech. 44.

Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirent ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est. Malac. 2.

Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. 1. Cor. 4,

Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros, in multa patientia. 2. Cor. 6.

Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium 1. Tim. 4.

In omnibus te ipsum praebe exemplum bonorum operum Tit. 2.

Applica ad te Aaronem fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel, ut sacerdotio fungantur mihi. Exod. 28.

Aaronem et filios ejus unges, sanctificabisque eos mihi: ut sacerdotio fungantur mihi. Exod. 30.

Applicabis Aaronem et filios ejus ad fores tabernaculi testimonii, et lotos aqua indues sanctis vestibus, ut mihi ministrent, et unctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat. Exod. 40.

Quum sanctificans aspersisset altare septem vicibus, unxit illud, et omnia vasa ejus, labrumque cum basi sua sanctificavit oleo. Quod fundens super caput Aaronis, unxit eum, et consecravit. Levit. 8.

Quem cum immolasset Moyses, sumens de sanguine ejus (arietis immolati) tetigit extremum auriculae dextrae Aaronis, et pollicem manus ejus dextrae, similiter et pedis. Levit. 8.

De ostio tabernaculi non exibitis septem diebus. Septem enim diebus finitur consecratio. Levit. 8.

Homo de semine tuo, per familias (suas) qui habuerit maculam non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium ejus, si caecus fuerit, aut gibbosus, aut vitiato oculo. Ego Dominus, qui sanctifico eos. Levit. 21.

Elegit sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Dei; et mundaverunt templum, et tulerunt lapides contaminationis in locum immundum. 1. Macchab. 5.

Hujus rei gratia reliqui te Cretae, ut ea quae desunt corrigas, et constituas per civitates presbyteros, sicut et ego disposui tibi. Tit. 1.

Quum constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros, commendaverunt eos Domino. Act. 14.

Emit Joseph omnem terram Ægypti, vendentibus singulis possessiones suas prae magnitudine famis. Subjecitque eam Pharaoni, et cunctos populos ejus, praeter terram Sacerdotum, quae a Rege tradita fuerat eis, quibus et statua cibaria ex horreis publicis praebebantur. Genes. 47.

Qui superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, morietur. Deut. 17.

In tota anima tua time Deum, et sacerdotes illius sanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit, et ministros ejus ne derelinquas. Eccles. 7.

Honorifica Sacerdotes. Da illis partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum et purgationis. Eccles. 7.

Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur. 1. Tim. 5.

Omnes primitiae, quas offerunt filii Israel, ad Sacerdotem pertinent; et quicquid in sanctuarium offertur a singulis, et traditur manibus sacerdotis, ipsius erit. Num. 5.

Ecce dedit tibi custodiam primitiarum mearum. Omnia quae sanctificantur a filiis Israel, tibi tradidi, et filiis tuis, pro officio sacerdotali, legitima, sempiterna. Num. 18.

In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos. Ego pars et haereditas tua, in medio filiorum Israel. Num. 18.

Quamobrem non habuit Levi partem neque possessionem cum fratribus suis, quia ipse Dominus possessio ejus est. Deut. 10.

Caeterum inter gentes non haereditabit. Ipse enim est pars ejus. Eccles. 45.

Non erit eis haereditas: ego haereditas eorum. Victimam et pro peccato et pro delicto ipsi comedent, et omne votum Israel ipsorum erit. Et primitiva omnium primogenitorum, et omnia libamenta ex omnibus quae offeruntur, Sacerdotum erunt. Ezech. 44.

Sacerdotes ejus contempserunt legem meam, et polluerunt sanctuaria mea. Inter sanctum et profanum non habuerunt distantiam et inter pollutum et mundum non intellexerunt. Ezech. 32.

Coronas aureas habet super capita sua Dii illorum: unde subtrahunt Sacerdotes ab eis aurum et argentum, et erogant illud in semetipsis. Dant autem et ex ipso prostitutis, et meretrices ornant; et iterum, quum receperint illud a meretricibus, ornant Deos suos. Bar. 6.

Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et erit, sicut populus, sic sacerdos. Ose. 4.

Audite haec, sacerdotes, et attendite domus Israel, et domus regis auscultate judicium: quoniam laqueus facti estis speculationi, et sicut rete expansum subter Thabor, et victimas declinastis in profundum. Ose. 5.

Accipite vos et plangite, sacerdotes: ululate, ministri altaris. Ingredimini, cubate in sacco, ministri Dei mei, quoniam interit de domo Dei vestri sacrificium et libatio. Joel. 1.

Sacerdotes ejus pro mercede docebant. MICH. 3.

Sacerdotes ejus polluerunt Sanctum, injuste egerunt contra Legem. SOPH. 3.

Ad vos, sacerdotes, qui despicitis nomen meum, et dixistis *in quo despeximus ?* Offertis super altare meum panem pollutum. Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: et munus non suscipiam de manu vestra. SOPH. 3.

Vos autem recessistis de via, et scandalizastis plurimos in lege, irritum fecistis pactum Levi. Propter quod et ego dedi vos contemptibiles, et humiles omnibus populis, sicut non servastis vias meas, et accepistis faciem in lege. SOPH. 2.

Vos sacerdotes Domini vocabimini : ministri Dei nostri, dicetur vobis. ESA. 61.

Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuncietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. 1. PET. 29.

Et fecisti nos Deo nostro regnum, et sacerdotes, et regnabimus super terram. APOC. 5.

Nemo in Ecclesia amplius nocet quam qui, perverse agens, nomen vel ordinem sanctitatis vel sacerdotis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus praesumit, et in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur. GREG, *in pastorali.*

Contemplamini quid sit populo sancto praeesse, et considerate quale sit divinis sacramentis insistere. Altari vacare debent, qui de altari vivunt; et talis convenit cura sinceritatis sacramentis, qualia sunt sacramenta ipsa, quibus exhibent officia servitutis, ne contra Deum offendant ipsa quae tractant, aut contra populum incipiant impedire quod praedicant. AUG. *lib. de singularitate clericorum.*

Presbyteri qui bene praesunt vita et doctrina, digni habeantur a subditis duplici honore, scilicet ut spiritualiter eis obediant, et exteriora bona ministrent. Boni enim dispensatores et fideles non solum honore sublimi praemiari debent, sed et terreno, ut non contristentur indigentia sumptuum, et gaudeant obedientia spiritualium. Instantior enim fit, si non humilietur, inopia, et crescit in illo auctoritas, quum videt se etiam in praesenti laboris fructum perciperer non ut abundet, sed ut non deficiat. GLOSS. AUG. *super* 1. *Tim.* 5.

Qui animarum curam pro Domino suscipit, ut errantes doceat, vel consoletur mœstos, vel temporalibus sustentet, vel renitentes ad remedia salutis potrahat, vel pastore destitutos gubernet, ut secum plures ad Dominum perducat, sapiens est, quia sibi, ut sublimius eum Domino regnet, procurat, GLOSS. *super proverb.* 11.

Pastori Ecclesiae dicitur : Diligenter adhibe curam eis , quibus te praeesse contigerit : agnosce animos et actus singulorum : si quid vitii in eis inveneris, citius castigare memento. Gloss. *sup. prov.* 17.

Sobriam a turbis gravitatem : severam vitam , singulare pondus dignitas sibi vendicat sacerdotalis. Amb. *epist.* 26.

Nihil in sacerdote tam periculosum apud Deum , tam turpe apud homines, quam quod sentiat veritatem, non libere pronuntiet.
Ambr. *in epist. ad Theod. imperat.*

Grandis dignitas sacerdotum, sed grandis ruina , si peccant: laetamur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum. Non est tanti gaudii excelsa tenuisse, quanti mœroris de sublimioribus corruisse : nec enim solum pro nostris delictis reddemus rationem , sed pro omnium quorum abutimur donis , et nequaquam sumus decorum salute solliciti. Hier. *in Ezech. lib.* 2.

Considera, Sacerdotum esse officium, de lege interrogatos respondere: si sacerdos est, sciat legem Domini; si ignorat legem Domini , ipse se arguit non esse sacerdotem Domini: Sacerdotis enim est scire legem, et ad interrogationem respondere de lege. Hier. *in proph.*

Convivia tibi vitanda sunt secularium, et maxime eorum, qui honoribus tument. Turpe est enim ante fores sacerdotis Domini et pauperis crucifixi, qui cibo quoque vescebatur alieno, lictores Consulum judicumque provinciae, et milites excubare. Melius est apud te prandere, quam in palatio. Hier. *in epist. ad Nepot.*

Infirmorum corda de mali presbyteri vita percutiuntur , securiores existentes, prolabuntur licentius in peccatum.
Hier. *in quadam epist.*

Penset ergo Sacerdos, qui ad satisfaciendum districto judici de sua tantummodo anima fortasse vix sufficit , et quot regendis subditis praeest reddendae apud Deum rationis tempore , ut ita dicam , tot solus animas habet. Hier. *in moral.*

Nihil tam onerosum ordini sacerdotum video, quam rigorem mentis compatiendo flectere, et cum personis supervenientibus animum mutare. Hier. *hom.* 6. *sup. Ezech.*

Nos, qui ex oblationibus fidelium vivimus , quas illi pro suis peccatis obtulerunt, si comedimus et tacemus , eorum proculdubio peccata manducamus. Hier. *in hom.*

Pensate, fratres, quantae damnationis est , sine labore percipere mercedem laboris : quanti criminis pretia peccatorum accipere , et nihil contra peccatum praedicando dicere. Hier.

Semper in sacerdotali pectore cum terrore severitatis custodiri

debet virtus mansuetudinis, ut et iram mansuetudo custodiat, et mansuetudinem (ne forte dissoluta sit) zelus discretionis accendat. HIER.

Multi dum plus vitam sacerdotum, quam suam discutiunt, in erroris foveam delabuntur, minus considerantes, quod non eos vita sacerdotum laederet, si ipsi humiliter bonis sacerdotum admonitionibus autem accomodarent: sed hypocritarum more magna trabe vulneratos habentes oculos, eamque negligentes, festucam tenuem in aliorum oculis conspiciunt. HIER.

Causa sunt ruinae populi, sacerdotes mali. Quis enim se pro populi peccatis intercessor objiciat, si Sacerdos, qui orare debuerat, graviora committat? HIER. *in registro.*

Nullum ab aliis praejudicium, quam a sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla pravitatis cernit; plerumque, quod est gravius, sacerdos, qui propria dare debuerant, etiam aliena diripiunt; plerumque, si quos humiliter, si quos continenter conspiciunt, irrident. HIER. *in homil.*

Nos, qui Sacerdotes vocamur, qui supra ea mala, quae propria habemus, alienas quoque mortes addimus, quia tot occidimus quot ad mortem ire quotidie tepide et tacentes videmus: et sequitur, tunc subjectus moritur sine te, quando in causa mortis te contradictorem pertulerit; nam morti cui non contradicis, adjungeris. HIER. *hom. sup. Ezech.*

Quicquid praeter necessarium victum ac simplicem vestitum de altari retines, tuum non est: rapina est, sacrilegium est. BERN. *in epist.* 2.

Timeant clerici, timeant ministri Ecclesiae, qui in terris sanctorum, quas possident, tam iniquam gerunt, ut stipendiis, quae sufficere debeant, minime contenti, superflua, quibus egeni sustentandi forent, impie sacrilegeque sibi retinent, et in usus suae superbiae luxuriaeque victum pauperum consumere non verentur, duplici profecto iniquitate peccant: quod aliena diripiunt, et sacris in suis vanitatibus et turpitudinibus abutuntur. BERN. *serm.* 24. *sup. cant.*

Heu! heu! Domine Deus! quia ipsi sunt in percussione tua primi, qui videntur in Ecclesia tua primatum diligere, gerere principatum, arcem Simonis occupaverunt, apprehenderunt munitiones, et universam deinceps libere et potestative tradunt incendio civitatem. Non est jam dicere: ut populus, sic sacerdos: quia nec sic populus, ut sacerdos. BERN.

Multi sacerdotes, et pauci sacerdotes : multi nomine, et pauci in opere. Videte ergo quomodo sedeatis super cathedram, quia cathedra non facit sacerdotem, sed sacerdotes cathedram: non locus sanctificat hominem, sed homo locum. Qui bene sederit super cathedram, honorem accipit ab illa : qui male sederit, injuriam facit cathedrae. In judicio enim sedes : si bene vixeris et bene docueris, omnium judex eris; si autem bene docueris et male vixeris, tui solius. Nam bene vivendo et bene docendo populum instruis quomodo debeat te condemnare. CHRIS. *in Matth.* 23.

Et qui vult alterum ad officium sacerdotale pertrahere, sufficere non judicio testimonium quod opinione collegerit, sed, cum favore illius, bonae opinionis etiam ipsum animum ejus qui eligetur, noscat diligenter. CHRIS. *de dignitate sacerdotali lib.* 2.

DEL SACRAMENTO

Sacramenta vetera typi fuerunt nostrorum. 1. Cor. 10 6.

Il *sacramento* è il segno visibile di una cosa invisibile, instituito da Dio per la santificazione delle anime nostre.

I sacramenti sono sette: il Battesimo, la Confermazione, l' Eucarestia, la Penitenza, l' Estrema unzione, l'Ordine ed il Matrimonio.

Distinguonsi in ogni sacramento la *materia* e la *forma*. La *forma* sta racchiusa nelle parole o nell' esterna cerimonia; e la *materia* n'è la cosa sensibile impiegata nell'amministrazione del sacramento stesso.

Per la validità del sacramento è necessario che chi l'amministra abbia la sufficiente facoltà, e l' intenzione vera d'adempiere all'oggetto della Chiesa.

V' ha un sacramento d'assoluta necessità per ottenere l'eterna salvezza, e questo sacramento è il Battesimo. L' ardente desiderio di riceverlo, in caso d' impossibilità, supplisce alla mancanza; e rispetto al sacramento della Penitenza si supplisce alla sua necessità con una perfetta contrizione.

Ab ipsa Dei sapientia homine assumpto, a quo in libertatem vocati sumus, pauca sacramenta saluberrima constituta sunt, quae societatem christiani populi, hoc est sub uno Deo liberae multitudinis continerent, sed quidam ipsam religionem nostram, quamque manifestissimis celebrationum sacramentis Dei misericordia nolunt esse liberam, servilibus premunt oneribus. Aug. *in lib. de vera religione*.

Omnia sacramenta obsunt indigne tractantibus: prosunt tamen per eos digne sumentibus, sicut et verbum Dei. Unde dictum est: quae dicunt, facite: quae autem faciunt, facere nolite. Aug.

Multi saecularium hominum, cum plus Sacerdotis vitam quam suam discutiunt, in magnum contemptionis divinorum sacramentorum crimen incurrunt. Magna enim trabe habentes vulneratos ocu-

los, eamque negligentes, festucam tenuem in aliorum conspiciunt oculis: quam dum incaute festinant evellere, erroris in foveam delabuntur: minus quidem considerantes, quod non eos sacerdotum vitae laederet, si ipsi humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aures accomodarent. Sed dum, hypocritarum more, plus illorum famam, qui propriam vitam, vel vitae negligentiam dijudicant, spernunt sancta monita et spiritualia dona. Unde fit, ut non solum ab eis dicta respuant, sed (quod est deterius) divina etiam mysteria contemnant; ut nec corporis communionem, nec sanguinis Domini nostri Jesu Christi eorum ministerio confectam assumant, putantes hanc minus esse sanctificatam, si illorum fiat officio quorum vita eorum oculis videtur ignobilis. Heu! in quam magnum laqueum incidunt, ut divina et occulta mysteria plus ab aliis sanctificata possa fieri credant: cum unus idemque Spiritus Sanctus, in Ecclesia diffusa per totum orbem terrarum incomprehensibiliter, ea mysteria, occulte atque invisibiliter, et operando sanctificet, et benedicendo benedicat. Mysterium itaque, fratres, ob hoc dicitur, quod secretam et reconditam habet dispensationem. Sacrificium autem, quasi *sacrum factum*, quia prece mystica consecratur pro nobis, in memoriam dominicae passionis. Sacramentum vero est in memoriam dominicae passionis. Sacramentum vero est in aliqua celebratione, cum res gesta ita sit, ut aliquid sanctificate accipiamus, quod sancte accipiendum est. Sunt autem sacramenta baptisma, corpus et sanguis Christi: quae ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegmento corporalium rerum divina virtus, secretius salutem eorumdem sacramentorum operatur, unde a secretis virtutibus vel sacris, sacramenta dicuntur, quae ideo fructuose penes Ecclesiam fiunt, quia Sanctus in ea manens Spiritus, eorumdem sacramentorum latenter operatur effectum. Greg.

DEL SACRILEGIO.

Sacrilegium omne est, quod fit ad irreverentiam rei sacrae. Thom. 1.

Il *sacrilegio*, azione empia colla quale sono profanate le cose sacre, dicesi anche d'ogni atto con cui altri faccia ingiuria o violenza ad una sacra persona.

Gli oltraggi fatti a Dio od alla religione, la profanazione de'sacri vasi, de'templi, delle ostie consacrate, de' sacramenti e delle reliquie de'santi, sono tutti sacrilegj, ma di differente natura,

Il parricida è anch'esso nel novero de'sacrileghi. Diffatti, attentare alla vita di colui da cui uno ha ricevuta la propria, od a cui egli stesso l'ha data, egli è per certo un violare il più sacro dritto della natura.

Non undecumque tollere, hoc est sacrilegium committere, sed de Ecclesia qui aliquid furatur, Judae proditori comparatur.

Aug. *in Joan.*

Amico rapere quicquam furtum est, Ecclesiam fraudare sacrilegium est. Accepisse aliquid erogandum pauperibus et esurientibus apertissimi sceleris est. Aliquid inde subtrahere, omnium praedonum cupiditatem superat. Hieron. *epist.* 34

DELLA SALUTE.

Salutem nostram cum timore et tremore conficere jubemur PHIL. 2. 12.

La *salute* o *salvezza*, conservazione, ristabilimento in uno stato felice e conveniente, è il frutto d'una perseverante pietà, della confidenza in Dio, della fede praticata dagli Apostoli, e della particolar cura di non fare altrui se non ciò che vorremmo fosse fatto a noi stessi, qualora ci trovassimo in eguali circostanze.

L'immortalità dell'anima è acconcissima a consacrarci alla sua felicità: di fatti, come mai quest'oggetto, considerato seriamente, non la vincerebb'egli sulle attrattive de'sensi che periscono? Un'anima immortale ci avverte abbastanza quale sia il suo principio; e che non può essere felice se non quando possa unirsi di nuovo con questo principio. Ora, un tal principio essendo intieramente puro, e'non saprebbe ammettere una essenza viziata.

La salvezza non si può quindi sperare se non dalle anime degne di Dio, in cui solo possono ritrovare la pace e la felicità eterna.

DOMINE Deus, clamavi ad te, et sanasti me. PSAL. 29.
Sana animam meam, quia peccavi tibi. PSAL. 40.
Qui sanat contritos corde. PSALM. 146.
Ecce Deus noster iste, expectabimus eum, et salvabit nos. ESA. 25.
Israel salvatus est in Domino salute aeterna. PSAL. 45.
Deus justus et salvans non est praeter me. PSAL. 45.
Sana me, Domine, et sanabor: salvum me fac, et salvus ero, quoniam laus mea tu es. JER. 17.
Et salvabo eos in Domino Deo suo. OSE. 1.
Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. MATTH. 16.
Salus animae in sanctitate justitiae, melior est omni auro. ECCLES. 30.

Qui invenit animam suam, perdet eam. MATTH. 10.

Qui enim voluerit animam, etc. Quid enim proficit homini, si lucretur totum mundum, se autem ipsum perdat? LUC. 9.

Qui amat animam suam, perdet eam: et qui odit animam suam, in vitam aeternam custodit eam. JOAN. 12.

Nullum credimus ad salutem, nisi Deo invitante, venire; nullum invitatum salutem, nisi Deo auxiliante, operari; nullum nisi orantem auxilium promereri, nullum voluntate Dei perire; sed permissu. AUG. *in lib. de definit.*

Nullum omnipotenti Deo tale sacrificium, quale est zelus animarum. GREG. *hom.* 22. *sup. Ezech.*

Monstratur, quod non omnes divites pereunt, nec pauperes salvantur universi, sed ex istis et illis salvantur et pereunt.

CHRYS. *in matth.* 24.

DELLA SANTITA'.

Ut sanctos nos faceret et mundos, misit Deus filium suum. COL. 1. 22.

Intendesi per *santità* la qualità di ciò che ha rapporto con la religione e deve essere osservato come cosa di Dio. La santità dicesi ancora, per eccellenza, parlando di Dio: ma questa parola poi s'applica anche alle cose materiali ed agli esseri spirituali.

La santità riferita alle cose materiali, per esempio, alle nostre Chiese, non vuol essere intesa nel rigore del termine; essa è puramente metaforica, e piuttosto relativa a Dio, al quale le Chiese son consacrate, ovvero alle opere pie che praticansi in questi luoghi, ovvero ancora a'misteri che sogliono esservi celebrati.

NE polluatis nomen meum sanctum. Ego Dominus qui sanctifico vos. LEV. 22.

Ipse Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester, et anima, et corpus sine querela in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur. 1. THESS. 5.

In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Jesu Christi semel. HEBR. 10.

Vade ad populum, et sanctifica illos hodie, et cras, laventque vestimenta sua, et sint parati in diem tertium EXOD. 19.

Homo sensatus in sapientia manet sicut Sol. ECCLES. 27.

Sanctifica eos in veritate. Et pro eis sanctifico meipsum, ut et ipsi sanctificati in veritate. JOAN. 17.

Sancti eritis quia ego sanctus sum. LEV. 11.

Et Dominus elegit te hodie, ut sis ei populus peculiaris. DEUT. 26.

Haec est voluntas Dei, sanctificatio vestra 1. THESS. 4.

Sanctus santificetur adhuc. APOC. 22.

Nullus sanctus et justus caret peccato, nec tamen ex hoc desinit esse justus vel sanctus, cum affectu teneat sanctitatem.

AUG. *de definitione Ecclesiae dogmatum.*

Si quis hominem, qui sanctus non est, sanctum esse crediderit, et Dei eum junxerit societati, Christum violat cujus membra sumus. Et infra: Omnes credentes, secundum apostolum, Christi corpus efficimur. Qui in Christi corpore errat et labitur, asserens membrum ejus esse sanctum, cum non sit, vel non esse sanctum cum sit: vide quali crimini obnoxius fiat. Esaias enim dicit: Vae his, qui dicunt dulce amarum, amarum dulce: ponentes tenebras in lucem, et lucem in tenebras! Dulce puto esse sanctimoniam, amarum quod sanctimoniae contrarium. HIER. *super epist. Pauli ad Phil.*

Discamus ergo et Sanctorum invidiam, ut imitemur patientiam, et cognoscamus illos naturae praestantioris fuisse, sed observantiae majoris, nec vitia nescisse, sed emendasse. AMBR. *lib. de Joseph.*

Si omnes Sanctos et Sanctas, cum hic viverent, congregare possemus, et interrogare utrum essent sine peccato, quantalibet fuerit excellentia sanctitatis; si hoc interrogari potuissent, una voce clamassent: si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est. AUG. *de natura et gratia, cap.* 36.

Sancti viri, quo altius apud Deum virtutum dignitate proficiunt, eo subtilius indignos se esse deprehendunt, quia dum proximi luci fiunt, quicquid eos in seipsis latebat, inveniunt.

Sancti viri nec ex elatione sunt liberi, nec ex timore submissi, sed cum rectitudo eos ad libertatem vocis erigit, consideratio infirmitatis propriae in humilitate custodit. GREG. *in moral.*

Qui peccat, de sanctis exit, non enim in locis sancta quaerenda sunt, sed in actibus et vitae moribus: quae si secundum Deum sint et secundum praeceptum Dei habeantur, etiamsi in domo sis, etiamsi in foro, et, quid dico in foro, etiamsi in theatro inveniaris verbo Dei serviens, in sanctis te esse non dubites. ORIG. *homil. super levit.*

DELLA SAPIENZA.

Initium sapientiae timor Domini. Psal.

La *sapienza*, prudenza, circospezione, buona condotta nel corso della vita, è il carattere d'un animo le cui determinazioni sono dirette da grandi principj : essa modera in ogni tempo la violenza delle passioni;allontana da sè la prevenzione; s' occupa a conoscere gli oggetti tali quali eglino sono; li spoglia di ogni esteriore apparato, da cui il giudizio possa esser tratto in inganno; li giudica secondo la natura loro; reprime il calore dello spirito; pesa i pregiudizj dell'opinione; consulta la ragione, ma sempre con una qualche diffidenza pe' traviamenti a cui una tal ragione può andar soggetta; agisce con riflessione ed a proposito; combina gli atti a seconda delle circostanze ; disprezza gl' interessi che degradano , che acciecano la mente e corrompono il cuore; considera prima d'ogni altra cosa l'interna testimonianza della coscienza : disdegna le ridicole censure ; proponsi sempre il bene; apprezza i veri beni: calpesta l'orgoglio ; desidera assai più di meritare che di ottenere ; non conta per nulla i giudizj inconsiderati dalla moltitudine, ma si forza, per quanto è possibile,di ottenerne i suffragi,e non adotta in alcun caso nè motivi, nè determinazioni che non possa in tutti i tempi ed in tutte le circostanze far concorrere alla propria sua gloria.

Omnibus mobilibus mobilior est sapientia. Sap. 7.

Fons sapientiae verbum Dei in excelsis, et ingressus illius mandata aeterna. Eccles. 1.

Qui factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio. 1. Cor. 1.

Quia postulasti verbum hoc, et non petiisti tibi dies (ait Dominus Salomoni) multos, nec divitias, aut animas inimicorum tuorum, sed

postulasti tibi scientiam ad discernendum judicium : ecce feci tibi secundum sermones tuos. 3, Reg. 3.

Sapientia ubi invenitur, et quis est locus intelligentiae? Nescit homo pretium ejus, nec invenitur in terra suaviter viventium. Job. 28.

Trahitur sapientia de occultis. Job. 28.

Super inimicos meos prudentem me fecisti. Psal. 118.

Timor Domini principium sapientiae. Prov. 1.

Fili mi, si susceperis sermones meos, et mandata mea absconderis penes te, ut audiat sapientiam auris tua, inclina cor tuum ad cognoscenda prudentiam. Si enim sapientiam invocaveris, et inclinaveris cor tuum prudentiae, si quaesieris eam quasi pecuniam, et sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, et scientiam Dei invenies: quia Dominus dat sapientiam, et ex ore ejus prudentia et scientia. Prov. 2.

Si retusum fuerit ferrum, et hoc non ut prius, sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur, et post industriam sequitur sapientia. Eccles. 10.

In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sap. 1.

Clara est quae nunquam marcescit sapientia; et facile videtur ab his qui diligunt eam, et invenitur ab his qui quaerunt illam. Praeoccupat, qui se concupiscunt, ut illis, se prior ostendat Sap. 6.

Propter hoc optavi, et datus est mihi sensus ; et invocavi, et venit in me spiritus sapientiae. Sap. 7.

Omnis sapientia a Domino est, et cum illo fuit semper, et est ante aevum. Eccles. 1.

Quis ascendit in coelum, et accepit eam et eduxit eam de nubibus? Quis transfretavit mare, et invenit illam ? Non est qui possit scire vias ejus. Bar. 3.

Sit nomen Domini benedictum a seculo, et usque in seculum, quia sapientia et fortitudo ejus sunt. Dan. 2.

Confiteor tibi, Pater Domini cœli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis Matth. 11.

Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. Prov. 11.

Quam aspera est valde imperitis sapientia, nullus enim excors perdurat eam. Eccles. 6.

Non est enim populus sapiens, propterea non miserebitur ejus, qui fecit eum. Esa. 27.

Et populus non intelligens vapulabit. Ose. 4.

Haec est enim vestra sapientia et intellectus coram populis, ut audientes universa praecepta haec, discant : En populus et intelligens sapiens, gens magna. Deut. 4.

Et dixit homini: Ecce timor Domini ipsa est sapientia: et recedere a malo, intelligentia. Job. 28.

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, et ne innitaris prudentiae. Prov. 3.

Neminem diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Est enim haec speciosior Sole. Sap. 7.

Radix sapientiae est timere Deum, et rami illius longaevi. Eccles. 1.

Videte, fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Ephes. 5.

Estote prudentes, et vigilate in orationibus. 1. Pet. 4.

Ne sis sapiens apud temetipsum. Prov. 3.

Scientia sapientis tanquam inundatio abundabit. Eccles. 21.

Dico per gratiam, quae data est mihi: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Rom. 12.

Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens. 1. Cor. 3.

Stude sapientiae, fili mi, et laetifica cor meum, ut possis exprobranti respondere sermonem. Prov. 27.

Tempus et responsionem cor sapientis intelligit. Eccles. 8.

In lingua sapientia dignoscitur, et sensus, et doctrina, et scientia in verbo sensati. Eccles. 4.

Quia in omnibus divites facti estis in omni verbo, et in omni scientia. 1. Cor. 1.

Sapiens corde praecepta suscipiet. Prov. 10.

Sapientia hominis lucet in vultu ejus. Eccles. 8.

Homo sapiens in omnibus metuit, et in diebus delictorum attendit ab inertia. Omnis astutus agnoscit sapientiam, et invenienti eam dabit confessionem. Eccles. 18.

Quis sapiens et disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conversatione operationem in mansuetudine sapientiae. Jac. 3.

Beatus homo, qui invenit sapientiam, et qui affluit prudentia. Melior acquisitio ejus negotiatione auri et argenti primi et purissimi fructus ejus. Pretiosior est cunctis opibus: omnia, quae desiderantur huic non comparari. Prov. 3.

Hoc plus habent eruditio et sapientia, quod vitam tribuunt possessori suo. Eccles. 7.

Super salutem et speciem dilexi illam, et proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, et innumerabilis honestas per manus illius. Sap. 7.

*

Est sapiens animae suae sapiens, et fructus sensus illius laudabilis. ECCLES. 37.

Si intraverit sapientia cor tuum, et scientia animae tuae placuerit, consilium custodiet te, et prudentia servabit te, ut eruaris a via mala, et ab homine qui perversa loquitur. PROV. 2.

Utilior est sapientia cum divitiis, et magis prodest videntibus Solem. ECCLES. 7.

Et si divitiae appetuntur in vita, quid sapientia locupletius, quae omnia operatur? SAP. 8.

Melior est homo qui minuitur sapientia et deficiens sensu in timore Dei, quam qui abundat sensu, et transgreditur legem Altissimi. ECCLES. 19.

Vae qui sapientes estis in oculis vestris! et coram vobismetipsis prudentes. ESA. 5.

Quomodo dicitis: Sapientes nos sumus, et lex Domini nobiscum est? JEREM. 8.

Non alta sapientes, et humilibus consentientes. ROM. 12.

Perdam sapientiam sapientium, et sapientiam prudentium reprobabo: Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi? Nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes. 1. COR. 1.

Non est sapientia nequitiae disciplina, et non est cogitatus bonus peccatorum prudentia. Est nequitia, et in ipsa execratio; et est insipiens qui minuitur sapientia. Est solertia certa et ipsa iniqua. ECCLES. 19.

Sapientes sunt, ut faciant mala: bene autem facere nescierunt. JEREM. 4.

Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. ROM. 1.

Prudentia carnis mors est: prudentia autem spiritus vita et pax. Quoniam sapientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subjecta, nec enim potest. ROM. 8.

Scientia inflat, charitas vero aedificat. Si quis autem se existimat aliquid scire, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire. 1. COR. 8.

Vidisti neminem sapientem sibi videri, magis illo spem habet insipiens. PROV. 26.

Non erudietur qui non est sapiens in bono. Est autem insipientia quae abundat in malo. ECCLES. 21.

Stultus factus est omnis homo a scientia. JEREM. 51.

Sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum. 1. COR. 3.

Qui se diligit stultum, non proficiet ad sapientiam: nec fiet quisque qualis esse cupit, nisi oderit qualis est. AUG. *de ver. relig.*

Non aliam putes esse sapientiam, nisi veritatem, in qua tenetur et cernitur summum bonum: nullo loco est, nusquam déest, foris admonet, intus docet, dementes in se omnes in melius commutat, a nullò in deterius commutatur: nullus de illa bene judicat. Aug. *de lib. arb.*

Haec tota scientia magna hominis, scire quia ipse nihil est per se; et quoniam quicquid est, ex Deo est, et propter Deum est.

Aug. *in psal.* 70.

Haec est sapientiae et scientiae rectâ distinctio, ut ad sapientiam pertineam pertineat aeternarum rerum cognitio intellectualis, ad scientiam vero temporalium rerum cognitio rationalis.

Aug. *lib. de trin.*

Sapienti nihil alienum, nisi quod virtuti incongruum: quocumque accesserit, sua omnia, totus ei mundus possessio est: quoniam toto eo quasi suo utitur. Ambr. *epist.* 36. *ad Constant.*

Ubicunque accesserit sapiens, ubique civis est, ubique sua esse intelligit, nusquam se peregrinum, nusquam hospitem se judicat.

Ambr. *epist.*

Qui thesauros effodit, terram rejicit, foveam in altum facit, sedulus insistit donec inveniat quod quaerit: sic qui thesauros sapientiae invenire desiderat, omne pondus terrenum a se rejiciat, in se fossam humilitatis faciat, nec quiescat donec inveniat.

Gloss. Hier. *sup. prov.* 2.

Hujus mundi sapientia est, cor machinationibus regere, sensum verbis velare, quae falsa sunt vera ostendere, quae vera sunt falsa demonstrare: haec nimirum prudentia usu a juvenibus scitur, haec a pueris pretio discitur: hanc qui nesciunt, caeteros despiciendo superbiunt: hanc qui nesciunt, subjecti et timidi in aliis mirantur: haec sibi obsequentibus praecipit honorum culmina quaerere, adepta temporalis gloriae vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multiplicius reddere: quum vires suppetunt, nullis resistentibus cedere: quum virtutis possibilitas deest, quicquid per malitiam explere non valent, hoc in pacifica bonitate simulare. Glóss. *in* 1. *Chronic.*

Justorum sapientia est, nil per ostentationem fingere, sensum verbis aperire: vera ut sunt deligere, falsa devitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quam facere, nullam injuriae ultionem quaerere, pro veritate contumeliam lucrum putare: sed haec justorum simplicitas deridetur: quia et a mundi sapientibus puritas virtutis fatuitas creditur. Quid namque stultius videtur mundo, quam mentem verbis ostendere? nihil machinatione callide simulare? nullas injuriis contumelias reddere? pro maledicentibus orare? paupertatem quaerere? possessa relinquere? rapienti non resistere? percutienti maxillam alteram praebere? Greg. 10. *cap.* 27. *mor.*

Ad veram sapientiam pervenire non possunt, qui falsae suae sapientiae fiducia desipiunt. GREG. *in mor.*

Summa cura providendum est, ne accepta sapientia, cum ignorantiae tenebras illuminat, lumen humilitatis tollat: et jam sapientia esse nequit, quae, et si locutionis virtute fulgebat, elationis tamen velamine cor loquentis obscurat. GREG. *in mor.*

Vera scientia afficit, non extollit; nec superbientes, quos impleverit, sed lamentantes facit: qua quisque, quum repletus fuerit, priori loco, se scire appetit, et jam sui conscius, tanto per illam robustius sapit, quanto se infirmum in illa verius recognoscit. GREG. *in mor.*

Prima sapientia est, vita laudabilis, et apud Deum pura mens, per quam, puri puro junguntur, et sancti sancto sociantur.

NAZIAN. *in apolog.*

Ille mihi videtur esse sapiens, qui pauca quidem de virtute animi commonet et proloquitur, plura autem in suis actibus atque operibus ostendit, et fidem verbis operum suorum stipulatione confirmat.

GREG. *in mor.*

Sapientia illa clara est, non quae in verbis volat, sed quae virtutibus constat. GREG. *in mor.*

Vides, quod non probat multa scientem, si modum sciendi nescierit. Vides, quomodo fructum et utilitatem scientiae in modo sciendi consi uit. Quid ergo dicit? nisi ut scias, quo ordine, quo studio, quo fine quaeque nosse oporteat: quo ordine? ut illud prius, quod maturius monet ad salutem: quo studio? ut illud ardentius, quod vehementius ad amorem: quo fine? ut non ad inanem gloriam, curiositatem, aut aliquid simile, sed tantum ad tuam et aliorum aedificationem.

BERN. *super cant. serm.* 36.

Nihil sapientia ardentius diligitur, nihil dulcius possidetur. Hinc est, quod sapientes homines esse volunt, pauci tamen sapientes esse possunt, justi autem omnes esse potuissent, si esse justi perfecte voluissent. Sapientiam et multum diligere potes, et ipsa carere potes: sed quanto amplius justitiam dilexeris tanto justior eris.

RICHARD. *de contemplat. cap.* 1.

Otium stultitiam, labor scientiam generat. Scientiae labor in tria dividitur: scilicet in laborem disciplinae, exercitii et doctrinae. In pueritia labor disciplinae, in juventute exercitii, in senio doctrinae: ut quae nescit, in pueritia discat; quae dicit in juventute ad usum ducat; quod ad usum duxerit in senio doceat.

HUG. *de claustr. anim. lib.* 1.

DELLO SCANDALO.

Scanduli ex Christo occasionem capere, valde noxium. Luc. 7. 23,

Intendesi sotto il nome di *scandalo* tutto ciò che può dare altrui occasione di cadere nell'errore e nel peccato.

Scandalo dicesi pure dello sdegno che s' ha per azioni e discorsi di cattivo esempio ; lo scandalo significa inoltre la malavventurata rinomanza che suona di una qualche azione vergognosa.

Ogni scandalo dato esige riparazione ; si ripara colla espressa confessione del proprio fallo, e coll'atto più manifesto del pentimento d'averlo commesso; o semplicemente con una condotta intieramente diversa. In nessun modo per altro si possono mai cancellare intieramente gli effetti dello scandalo.

Sicut necesse est ignem calere , et nivem frigere , ita est necesse ut iniquitas mundi, erroribus plena , scandala pariat ; perfectorum vero charitas pietatis operibus luceat. Hier. *in Matth.* 18.

In quantum possumus, sine peccato vitare proximorum scandalum debemus. Si autem de veritate scandalum oritur , utilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur. Greg. *in Ezech.*

Non omnium scandala aequa sunt lance pensanda: aliter namque accipienda sunt scandala pusillorum, et aliter pharisaeorum: illorum quippe scandalum de ignorantia , istorum de malitia descendit. Illi scandalizantur, quia veritatem nesciunt: isti quia oderunt.

Bern. *de praecepto et disp.*

DELLA SCIENZA.

Scientiarum dominus est Deus.
1. SAM. 2. 3.

La *scienza* è la cognizione che l'uomo ha di qualche cosa.

La prima di tutte le scienze è quella della religione; poi quella di noi medesimi e quella pure della natura. Il pretendere a molte scienze è una cosa chimerica, poichè quasi sempre non ne risulta che la mediocrità delle cognizioni e degli errori.

Non omnis qui ignorat, immunis est a poena. Ille enim ignorans potest excusari a poena, qui, quod disceret, non inveniret; illis autem hoc ignosci non poterit, qui habentes a quo discerent, operam non dederunt. Aug.

Haec tota scientia magna hominis, scire, quia ipse nihil est per se, et quoniam quicquid est, ex Deo est, et propter Deum est.
Aug. *super psal.* 70.

Qui se dicit scire quod nescit, temerarius est: qui se negat scire quod scit, ingratus est. Aug. *in serm. de ascensione.*

Animae non imputatur ad reatum, quod naturaliter scire non potest, sed quod scire non studuit, et quod dignam facultati comparandae, ad recta facienda, operam non dedit. Loqui enim non posse, et scire non posse, infanti naturale est; quia ignorantia illo modo inculpabilis est, sed et humanis, affectibus blanda atque grata. Non enim ullo vitio illam facultatem comparare neglexit, aut vitio, quam comparaverat, amisit. Aug. *lib.* 3. *de liber. arbitr.*

Vera scientia afficit, non extollit: nec superbientes, quos impleverit, sed lamentantes facit, qua quisque cum repletus fuerit, priori loco se scire appetit, et jam sui conscius tanto per illam robustius sapit, quanto se infirmum in illa verius recognoscit.
Greg. *lib.* 23. *moral.*

Magna virtus boni est cognoscere malos, et firma tutela salutis scire quod fugias. Joan. Chrys. *de cognoscibilibus ab homine.*

Praecedit enim scientia virtutis cultum. Quia nemo potest fideli-

ter appetere quod ignorat; et malum, nisi cognitum sit, non timetur. JOAN. CHRYS. *in politica lib.*. 3.

Ad majoris culpae tumultum pertine, scire quemquam quid sequi debeat, et sequi nolle quod sciat. ISID. *lib.* 2. *de summo bono*.

Plerique, accepta scientia litterarum, non ad Dei gloriam, sed ad suam laudem utuntur, dum de ipsa extolluntur, et ibi peccant ubi peccata emendare debuerunt. ISID. *lib.* 3. *de summo bono*.

Sunt qui scire volunt eo fine tantum ut sciant, et turpis curiositas est; et sunt qui scire volunt ut scientiam suam vendant, verbi gratia pro pecunia, pro honoribus, et turpis quaestus est; et sunt qui scire volunt ut sciantur ipsi, et turpis vanitas est; et sunt qui scire volunt ut ardentius aedificent, et charitas est; et sunt qui scire volunt ut aedificentur, et prudentia est. BERN. *super cant. serm.* 36.

Vides quod non probat multum scientes, si, modum scientes, modum sciendi nescierunt? Vides quomodo fructum et utilitatem scientiae in modo sciendi constituit? Quid ergo dicit modum sciendi, nisi ut scias? Quo ordine, quo studio, quo fine unumquodque scire oporteat? quo ordine? ut illud prius, quod maturius monet ad salutem. Quo studio? tu illud ardentius, quod vehementius ad amorem. Quo fine? ut non ad inanem gloriam et ostentationem, sed ad tuam et aliorum salutem. BERN. *super cant. serm.* 36.

Scientia parit cognitionem amoris, amor frequentiam, frequentia familiaritatem, familiaritas fiduciam, fiducia facilem imperatorem. BERN. *lib. meditationum*.

Quia quaesivisti a me, in Christo mihi charissime Joannes, qualiter te studere oporteat in thesauro scientiae acquirendae, tale a me tibi super hoc traditur consilium, ut per rivulos non statim in mare eligas introire, quia per faciliora ad difficiliora oportet devenire. Haec est ergo monitio mea, te instructio tua. Tardiloquum te esse jubeo, et tarde ad locutorium accedentem. Conscientiae puritatem amplectere. Orationi vacare non desinas. Cellam frequenter diligas, si vis in cellam vinariam introduci. Omnibusque te familiarem exhibe. Nihilque te penitus de factis aliorum intromittas. Nemini te multum familiarem ostendas: quia nimia familiaritas parit contemptum et subtractionis subito materiam subministrat. De verbis et facti saecularium nullatenus te intromittas. Discursus super omnia fugias. Sanctorum et bonorum vestigia imitari non desinas. Non respicias a quo audias, sed quicquid boni dicatur memoriae recommenda. Et quae legis et audis fac ut intelligas: de dubiis te certifices; et, quicquid poteris, in armariolo mentis reponere satage, sicut cupiens vas implere. Altiora te ne quaesieris. Ita sequens vestigia, frondes et fru-

ctus in vinea Domini Sabaoth utiles, quamdiu vitam habueris, proferes ac produces. Haec si sectatus fueris, ad id attingere poteris quod affectas. Thom. *de Aquino, in epist. de modo acquirendi scientiam.*

Via ad Deum est scientia, quae ad institutionem recte et honeste vivendi pertinet. Est disciplinae bonitas et beatitudo. Per scientiam itur ad disciplinam, per disciplinam itur ad bonitatem, per bonitatem ad beatitudinem. Hug. *de instructione novitiorum.*

Si quis familiariter scientiam amare didicerit, et ei saepius vacare voluerit, jucundam valde reddit vitam, et maximam in tribulatione praestat consolationem. Hug. *in didascal. lib.* 3.

Scire contentus, non expetens aliquem fructum scientiae.
Lactant. *divinar. instit. lib.* 3.

Scientia est Deum noscere, virtus colere: in illo sapientia, in hoc justitia continetur. Lactant. *lib.* 6. *cap.* 5.

DELLA SACRA SCRITTURA.

Scrutamini Scripturas. Joan. 5.

Il giudicare dell' autorità dei libri sacri appartiene ai Ministri che Gesù Cristo ha rivestiti della sua possanza spirituale. Instituendoli pastori della sua greggia, egli promise all'assemblea di questi pastori d' invigilare sui loro giudizj in materia di fede, e di non permettere mai che se allontanino! È dunque necessario che l'uomo aderisca ai loro giudizj intorno a siffatte materie, o rinunzii d'essere annoverato fra i discepoli dell'Evangelio.

La Bibbia approvata da' primi pastori della Chiesa , e posta da loro nelle nostre mani, è quella che deve regolare la nostra credenza; giacchè essi ricevettero da Dio i poteri ed i lumi necessarj per giudicare del testo originale , delle versioni e del senso.

La Bibbia, il libro per eccellenza, che contiene i principj più sani di religione e di morale e di politica, dovrebbe essere fra le mani di ogni cristiano perchè avesse una guida infallibile nelle sue azioni, ed intendesse insieme come la religione di Cristo, di cui era figura l'antica, contenga in sè i più alti principj del viver civile, oltre lo scopo della felicità eterna. Comechè molto siasi scritto e si scriva a tal proposito,opera migliore saria presentarne un compiuto comento.

Justi sunt omnes sermones mei; non est in eis pravum quid, neque perversum; recti sunt intelligentibus, et aequi invenientibus scientiam. Prov. 8.

Habent Moysen et prophetas, audiant illos. Luc. 18.

Amen, amen, dico tibi, quia quod scimus loquimur , et quod vidimus testamur, et testimonium nostrum non accipitis. Joan. 3.

Omnis Scriptura divinitus inspirata , utilis est ad docendum , ad arguendum. 2. Tim. 3.

Qui quaerit legem, replebitur ab ea; et qui insidiose agit, scandalizabitur ab ea. Eccles. 32.

DELLA SICUREZZA.

Securitas vera ex legis obedientia.
Exod. 34.

La *sicurezza* è la confidenza o la tranquillità d'animo, bene o male fondata, in un tempo o in un'occasione in cui esservi potrebbe argomento di temenza.

La sicurezza dell'animo nasce essenzialmente dalla testimonianza d' una coscienza illuminata. Del resto falsa è sovventi volte la sicurezza; la mancanza di giustezza di mente la mediocrità delle conoscenze accompagnata da orgoglio, l'abitudine de'vizj che ne ha soffocati i rimorsi, producono ben d'ordinario una ridicola sicurezza, ed espongono a' più gravi pericoli coloro i quali vi si abbandonano.

Non si può concepir l'idea della società senza quella della sicurezza: ma quando la prima è in mano dell' egoismo, di cui infinite son le cause, la seconda diviene un nome vano, e la forza regola il diritto della roba dell' onore e della vita.

Securitas mentis optima Prov. 15.

Senti de Augustino quicquid libet: sola me in oculis Dei conscientia non accuset. August. *ad Secundinum Manichaeum.*

Nemo securus debet esse in vita ista, quae tota tentatio nominatur, ut qui fieri potuit ex deteriore melior, non fiat etiam ex meliore deterior. Aug. *lib.* 10. *confess.*

Nemo securus est in bonis quae potest invitus amittere, veritatem autem atque sapientiam nemo amittit invitus.

Aug. *de lib. arbitr. lib.* 2.

Nunquam securus cum thesauro latro tenetur inclusus, nec infra unam cavernam habitans cum lupo tutus est agnus. Ipse voluit penetrari, qui hostem proprium in suas partes induxit; et intestinum sibi gladium ipse supponit, qui locum habitationis suae adversarii ingressibus reseravit. Hier. *de cohab. cler. et mulier.*

Saepe mens, dum virtutis suae securitate resolvitur, insidiante adversario inopinatae culpae telo perforatur, et inde a Deo in aeternum longe fit: unde ei ad tempus sine cautelae custodia propinquaverit.

GREG. *in mor.*

Incassum munita sunt caetera, quum locus unus, de quo hosti patet aditus, non est munitus. GREG.

Saepe quem tentationis certamen superare non valuit, sua deterius securitas stravit. GREG. *in moral.*

Debet in spe esse securitas, sed etiam timor in conversatione, ut et illa certantes foveat, et torpentes pungat. GREG.

Quibusdam saepe magnitudo virtutis occasio fuit perditionis: ut cum de confidentia virium inordinate securi essent, per negligentiam inordinate morerentur. Mater enim negligentiae solet esse securitas. Videndo ergo meretricem, id est, Magdalenam, de tua liberatione non desperes: sed etiam Judam cogitando, securus esse non debes. Confidentia stantem evertit, et desperatio post lapsum exurgere non dimittit. GREG. *in past.*

O vita secura! ubi absque formidine mors expectatur, imo et exoptatur cum dulcedine, et excipitur cum devotione.

BERN. *ad milites templi.*

Nusquam est securitas, fratres, nec in cœlo, nec in paradiso; multo minus in mundo. In cœlo enim cecidit Angelus sub praesentia divinitatis: in paradiso Adam de loco voluptatis: in mundo Judas de schola Salvatoris. BERN. *in serm.*

Nihil potest esse securius, quam illa omnia committere, qui novit suis cultoribus congrue profuturae praestare. CASS. *in psal.* 72.

Sic comedo, bibo, et dormio securus, quasi jam transierim diem mortis, et evaserim diem judicii, et tormenta inferni: sic ludo et rideo, quasi jam regnem tecum in regno tuo.

HUGO. *lib.* 3. *de anima.*

DELLA VECCHIAJA.

Senum consilium non aspernandum.
1. Reg. 12. 8.

La *vecchiaja* è l'ultima età della vita: essa è pure il tempo delle infermità, delle riflessioni tristi e de'rammarichi: tuttavolta ha i suoi compensi.

La vecchiaja fu rispettata da tutti i popoli, e verosimilmente lo sarà sempre; giacchè bisognerebbe essere privi di umanità, senza costumi e senza ragione, per iscostarsi da questa regola naturale, e ciechi dall'orgoglio per non vedere i vantaggi che la sperienza dei vecchi ci somministra.

Coram cano capite consurge, et honore personam senis, et time Dominum Deum tuum. Lev. 10.

In antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia. Job. 12.

Corona dignitatis senectus, quae in viis justitiae reperitur. Prov. 16.

Senectus venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani sunt sensus hominis, et aetas senectutis vita immaculata. Sap. 4.

Ne spernas hominem in sua senectute, etenim ex nobis senescunt. Eccles. 8.

Tu loquere quae decent sanam doctrinam: senes ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Tit. 2.

Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi. Psal. 61. 62.

Corona senum filii filiorum. Prov. 17.

Tres species odivit anima mea, pauperem superbum, et divitem mendacem, et senem fatuum et insensatum. Eccles. 25.

Egressa est iniquitas de Babylone a senioribus judicibus, qui videbantur regere populum. Dan. 13.

Quum sibi homines optant senectutem, quid aliud optant nisi longam infirmitatem? Aug. *de catechizandis rudibus.*

Cum cuncta vitia in sene senescant, sola avaritia juvenescit. Aug.

Quid naturam accusas, o homo? habet illa impedimenta quaedam, senectutem et infirmitatem: sed senectus ipsa in bonis moribus dul-

cior, in consiliis subtilior, ad constantiam subeundae mortis potior, ad reprimendas libidines fortior: infirmitas corpori sobrietas mentis est. AMB. *in hex. lib.* 1.

Pascha, hebraice dicitur *transitus*, scilicet quia per hoc mysterium de pejoribus ad meliora transitur. Bonus transitus est, de peccato transire ad justitiam, de vitiis ad virtutes, de senectute ad infantiam infantiam autem dico, non aetatis, sed simplicitatis. PASCHA.

Nemo enim tam fractis viribus et decrepitae senectutis est, ut non se putet unum adhuc annum esse victurum. HIER. *in epist.*

Inter abusiones hujus seculi sola major senis obstinatio, qui morti proximus, mortis non abhorret adventum, qui, quasi ad ostium hujus mundi positus, foris spectat, nec tamen vitae praesentis attendit egressum, nec futurae considerat. Audit nuntios mortis, et credere non vult eis. Tres sunt enim nuntii mortis: casus, infirmitas, senectus. Casus dubia, infirmitas gravia, senectus certa nuntiat. Casus nuntiat mortem latentem, infirmitas apparentem, senectus praesentem. Ex incertitudine mortis timor, ex infirmitatis gravitate color, ex certitudine senectutis non obstinatio, sed afflictio et humilitas sequi deberet. HUG. *de claustro animae lib.* 2.

Canities tunc est venerabilis, quando ea gerit quae canitiem decent: quum vero juveniliter senex conversatur, plus juvenibus ridiculus erit. CHRYS.

Plus omnibus religioni operam dare senibus convenit, quos praesentis seculi florida aetas transacta deseruit. CYPRIAN.

Nihil est quod senectuti magis noceat, ac dies hominis abbreviet, quam tristitia, languor animi atque ira. Nihil enim est hilari senectute jucundius. CASS. *in epist.*

DELLA SEPOLTURA.

Sepultura inventa est, ne horror et faetor sit vivis, et ad fidem resurrectionis futurae. Thom.

La *sepoltura* è il luogo ove vien sotterrato un corpo morto.

La infezione ch' esalano i cadaveri esige necessariamente la loro sepoltura; la ceremonia che l'accompagna è un atto di pietà ; allorquando vi s' aggiugne grandiosa pompa , si vuole con questa rendere al morto un omaggio più luminoso dell'ordinario, e proporzionato al grado ch'ebbe vivendo in questo Mondo, ed ai servigi che ha prestati durante la sua vita. Le pompe funebri de'ricchi particolari altro non sono precisamente se non se la vana prova dello sciocco orgoglio de' parenti.

La Chiesa rifiuta la sepoltura a' Cristiani scomunicati , per lo scandalo pubblico ch'essi cagionarono senza ripararlo; o perchè vissero separati dall'unione apostolica, ed hanno perseverato sino all'ultimo respiro nella loro eresia.

Quibus peccata dimissa non sunt, a sacris locis post mortem adjuvari non possunt: quia quos peccata graviora deprimunt , si in sacris locis se sepeliri faciunt, restat ut de sua praesumptione judicentur: quia eos sacra loca non liberant , sed de culpa temeritatis accusant. Aug. *de civit. Dei, cap.* 12. *lib.* 1.

DELLA SERVITU'.

Ut serviremus ei, redemit nos Christus.
1. *Thess.* 1.

La *servitù* è lo stato di colui che dipendendo da altri, è considerato come cosa più che come persona. Tale era la schiavitù presso i romani.

Dicesi servitù anche di colui che pone a profitto le sue opere con prezzo convenuto.

Le virtù principali di un servitore sono sommissione, obbedienza e fedeltà. Ma perchè uno sia ben servito, deve ricordarsi che tutti siam fratelli. Guai però a chi serve! la forza fa crudeli i padroni.

Dicesi nel senso morale, la *servitù del demonio*, la *servitù del peccato*, la *servitù delle passioni*, per dire lo stato d'un uomo assoggettato al peccato, o in preda alle proprie passioni.

Dominum Deum tuum timebis, et illi soli servies. Deut. 6. *et* 10.

Usquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum. 3. Reg. 18.

Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli serves. Matth. 4.

Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, et alterum diliget; aut unum sustinebit, et alterum contemnet. Matth. 6.

Domino Christo servite. Coloss. 3.

Dixit Samuel ad populum : Nolite timere, vos fecistis universum malum hoc: verumtamen nolite recedere a tergo Domini; sed servite Domino in omni corde vestro. 1. Reg. 12.

Timete Dominum, et servite ei in veritate, et ex toto corde vestro. 1. Reg. 12.

Tu Salomon, fili mi, scito Deum patris tui, et servi ei corde perfecto, et animo voluntario. 2. Paral. 28.

Servite Domino in timore. Psal. 2.

Servite Domino in laetitia. Psal. 99.

Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in justitia et timore, et praepara animam tuam ad tentationem. ECCLES. 2.

Servus meus es tu, elegi te, et non abjeci te. ESA. 41.

Quis vestrum habens servum, arantem aut pascentem boves, qui, regresso de agro, dicat illi: Statim transi, et recumbe: et non dicit: Para quod cœnem, et praecinge te, et ministra mihi, donec manducem, et bibam et post haec manducabis et bibes? Nunquid gratiam habet servo illi, quia fecit quae ei imperaverat? non puto. LUC. 17.

Liberati a peccato, servi facti estis justitiae. Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestrae. Sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiae et iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibere membra vestra servire justitiae in sanctificationem. ROM. 6.

Nunc soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur : ita ut serviamus in novitate spiritus, et non in vetustate litterae. ROM. 7.

Sic nos existimet homo, ut ministros Christi. 1. COR. 4.

In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia. 2. COR. 6.

Regnum immobile suscipientes, habemus gratiam per quam serviamus placentes Deo, cum metu et reverentia. HEBR. 12.

Vos scitis a prima die, quia ingressus sum Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, serviens Deo cum omni humilitate. ACT. 20.

Custodit Dominus animam servorum. PSAL. 97.

Filii servorum tuorum habitabunt, et semen eorum in seculum dirigetur. PSAL. 102.

Perdes omnes, qui tribulant animam meam, quoniam servus tuus ego sum. PSAL. 143.

Ecce intelliget servus meus, et exaltabitur, et elevabitur, et sublimis erit valde. ESA. 52.

Nunc liberati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam. ROM. 6.

Quis est omnipotens, ut serviamus ei? JOB. 21.

Hujuscemodi Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri ROM. 16.

Si dixerit malus servus in corde suo; Moram facit Dominus meus venire: et cœperit percutere conservos suos, manducet autem et bibat cum ebriosis : veniet Dominus servi illius in die qua non sperat, et hora qua ignorat, et dividet eum partemque ejus hypocritis. MATTH. 24.

Ille servus qui cognovit voluntatem Domini sui, et non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis: qui autem non cognovit, et fecit digna plagis vapulabit paucis. LUC. 12.

Amen, amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, servus est peccati. JOAN. 8.

An nescitis, quoniam, cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obeditionis ad justitiam. ROM. 6.

Libertatem illis promittentes, quum ipsi servi sint corruptionis. A quo enim quis superatus est, hujus et servus est. 2. PETR. 2.

Servus non manet in domo in aeternum. JOAN. 8.

Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus. ROM. 6.

Quum enim servi essetis peccati, liberi fuistis justitiae. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. ROM. 6.

Evigilans Noe ex vino, quum didicisset quae fecerat ei filius suus minor, ait! Maledictus puer Chanaan, servus servorum erit fratribus suis. GENES. 9.

Duae gentes sunt in utero tuo, et duo populi (ait Dominus Rebeccae) ex tuo ventre dividentur. Populusque populum superabit, et major serviet minor. GEN. 25.

Eme nos in servitutem regiam, et praebe semina, ne, pereunte cultore, redigatur terra in solitudinem. GEN. 47.

Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum. 1. COR. 7.

Filio doloso nihil erit boni: servo autem sapienti prosperi erunt actus, et dirigetur via ejus. PROV. 14.

Servi, obedite dominis carnalibus cum timore et tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi.

Servi, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum. Quodcunque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, et non hominibus, scientes quod a Domino accipietis retributionem haereditatis. COLOSS. 3.

Quicunque sunt sub jugo servi, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini et doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt; sed magis serviant, quia fideles sunt et dilecti. 2. TIMOTH. 6.

Servos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes. TIT. 2.

Admone illos principibus et potestatibus subditos esse, dicto obedire, et ad omne opus bonum paratos esse. TIT. 3.

*

Servi, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam discolis. 1. Pet. 2.

Acceptus est regis minister intelligens. Prov. 14.

Vides ut prompti ad gerendum negotia in aulis regnum ministrant, et non apud privatos aut obscuros. Prov. 22.

Non laedas servum in veritate operantem, nec mercenarium dantem animam suam. Eccles. 7.

Servus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua ; non defraudes illum in libertate, neque inopem derelinquas illum. Eccles. 7.

Si est tibi servus fidelis , sit tibi quasi anima tua ; si laeseris eum injuste, in fugam convertetur. Eccles. 33.

Et vos, domini, eadem facite illis, remittentes minas, scientes quia illorum et vester Dominus est in cœlis : et personarum acceptio non est apud eum. Ephes. 6.

Domini quod justum est et aequum, servis praestate, scientes quoniam et vos Dominum habetis in cœlo. Col. 4.

Cibaria, et virga, et onus asino: panis et disciplina, et opus servo. Operatur in disciplina, et quaerit requiescere: laxa manum illius, et quaerit libertatem. Eccles. 33. .

Servus verbis non potest erudiri, quia quod dicis intelligit, et respondere contemnit. Prov. 29.

Qui delicate a pueritia sua nutrit servum suum , postea sentiet eum contumacem. Prov. 29.

Jugum et lorum cervicem subigunt , nervus et tormenta servum malitiosum. Mitte illum in opus , ne vacet : otium enim multa vitia docuit. Adige eum ad opus, quod officium ejus postulat. Quod si non obaudierit suis, grava illum compedibus. Eccles. 33.

Vis ut serviat caro tua animae tuae? Deo serviat anima tua; debes regi, ut possis regere. Aug. *super Joan.*

Quum mihi accidit, ut ne amplius cantus, quam res quae canitur, moveat, pœnaliter me peccare confiteor, et tunc mallem non audire cantantem. Aug. *lib.* 10. *confess.*

Prudenter sibi Deus serviri vult , non ut nimietate sua debiles fiant, et postea medicorum suffragia requirant. Temperandum est enim, ut, si fieri potest, cœptum obsequium magis provehatur, quam per considerantiam minuatur : intemperantia enim ipsam animam inquietam facit, ut, quum de infirmitate sollicita est, non tantum dedita sit divinis servitiis. Damnum ergo effert improvidentia. Anima enim in tranquillitate posita totum cor extollit ad Deum, integro consilio obsecrans quae petenda sunt. Ambr. *in* 1. *epist. ad Tim.*

Qui accingi in divino servitio properat, quid aliud quam se contra

antiqui adversarii certamen parat, ut liber in certamine ictus suscipiat, quietus sub tyrannide in captivitate serviat? Unde cum Deo pax robustior oritur, nobis ab adversariis durior pugna reservatur.

GREG. *in mor.*

Nemo potest in una et eadem re omnipotenti Deo servire, atque ejus hostibus gratus existere. Nam Deo amicum se denegat, qui ejus placet inimico. GREG. *in hom. super Ezech.*

Revelatur servo Dei potestas, mercenario felicitas, filio veritas. Servus dicit: Vadam ad portas inferi. Mercenarius: non videbo Dominum Deum in terra viventium. Filius: psalmos nostros cantabimus, etc. BERN. *in serm.*

Decorem domus non dicit pulchritudinem parietum, aut ministrorum pretiosissimos apparatus, sed ipsorum actuum beatissimam qualitatem, quibus cuncta gaudet Ecclesia, scilicet in psalmorum jubilatione, in precum sanctitate, in Christiani populi devotiones; subjungens, quia ubicunque habitat Deus, gloria est: gloriosum efficit, quicquid inhabitare dignatur; et ab hospitiis merito crescit hospitii magnitudo. CASS. *super psal.* 25.

Quamvis hoc nec a laicis videatur exceptum, specialiter tamen sacerdotibus probatur impositum, ut tales ministros habeant, qui divinis regulis non repugnent. CASS. *super psal.* 100.

Deus sustinet ut corrigat, flagellat ut erudiat, probat ut praestet; si fas est, ut cœlum non cooperiat terram: non potest fieri ut Deus non protegat sibi purissime servientem. CASS. *sup. psal.* 102,

Mutat quaslibet largitates malorum servientium manus, quia sicut fontis puritas per limosa corrumpitur; sic affluentia boni principis malis distributoribus immutatur. CASS. *epist.* 11.

O extrema conditio servitutis! natura liberos genuit, sed fortuna servos constituit: servus cogitur pati, et nemo sinitur compati: dolere compellitur, et nemo condolere permittitur. Sic ipse vero servus est, aliena vivere quadra. INNOCENT. *de vilitat. condit. human.*

Servit quicunque vel metu frangitur, vel delectatione irretitur, vel cupiditatibus ducitur, vel indignatione exasperatur, vel mœrore dejicitur: servilis enim est omnis passio.

AMBR. *de Jacob. et vita beata, lib.* 2.

Manebat, inquit, ante vini inventionem omnibus inconcessa libertas, nemo sciebat a consorte naturae suae obsequia servitutis exigere. Non esset hodie servitus, si ebrietas non fuisset. AMBR.

Bonus, etiamsi serviat, liber est: malus autem, si regnat, servus est; nec unius hominis, sed, quod gravius est, tot dominorum, quot vitiorum. AUG. *lib.* 4. *de civit. Dei.*

Conditio servitutis jure intelligitur interposita peccatori.
Aug. *de civit. Dei, lib.* 20

Est sapienti servire libertas. Ex quo colligitur, quod stulto imperare servitus est: et, quod pejus est, quo paucioribus praesit, pluribus dominis et gravioribus servit. Servit enim propriis passionibus, servit suis cupiditatibus, quarum dominatio nec nocte nec die fugari potest, quia intra se dominos habet, intra se servitium patitur intolerabile. Hier. *in epist. ad Simplicianum.*

DEL SILENZIO.

Ille scit recte dicere, qui et ordinate novit tacere.
Greg. in mor.

Il *silenzio*, non si dice propriamente se non dell'uomo, e serve a dinotare lo stato in cui trovasi una persona che tace o che s'astiene dal parlare.

Gran virtù è il silenzio in una società ove la virtù sia straniera. In generale niuno si è mai pentito di aver taciuto, mai sempre di aver parlato quando nol richiedeva la bisogna. Ma se virtù è il silenzio, non devesi però usar sempre allorchè uno trovasi in compagnia degli altri, e perchè dà sospetto di sè, e perchè suscita in altri timore di pericoli e di mali.

Il silenzio è notabile particolarmente nelle tarde ore della notte, soprattutto qualora il tempo sia tranquillo.

Il silenzio esigesi nelle Chiese e ne'militari esercizj.

Anche nelle ordinarie adunanze, una sola persona deve parlare alla volta sua, quando essa parla vuole la buona creanza che gli altri si tacciano.

Il silenzio è talvolta più eloquente di qualsivoglia discorso.

La parola *silenzio* è talora allegorica, e quando dicesi, per esempio, il *silenzio delle passioni*, una tale espressione significa la *quiete dell' animo*.

Silentium certe est plerumque modestis ingeniis secutum adversus mundi tumultus tutissimum.

Silentium suo tempore servandum. Prov. 25. 29.

Silere utile est. Prov. 17. 26. Eccles. 3. 20. 6. *et* 32. 12.

Silendi patientia, opportunitas loquendi, et contemptus divitiarum, sunt maxima fundamenta virtutum. Ambr. *lib.* 1. *de officiis.*

Ille scit recte dicere, qui et ordinate novit tacere. Greg. *in moral.*

DELLA SIMONIA.

Vendi non debent dona Dei.
2. Reg. 5:

La *simonia* è un'illecita convenzione colla quale taluno dà o riceve una ricompensa temporale in ricambio di un benefizio o di qualche altra cosa santa e spirituale.

La parola *simonia* trae l'etimologia da Simone il mago, che offerse danaro per acquistare il dono di far miracoli. La simonia è un delitto contro cui la Chiesa e le leggi civili hanno pronunziato delle pene.

Gratis accepistis, gratis date. Matth. 10.

Quum vidisset Simon quia per impositionem manus apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam dicens: Date et mihi hanc potestatem, ut cuicunque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Act. 8.

Nunc igitur accepisti argentum, sed et lepra Naaman adhaerebit tibi et semini tuo. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix. 4. Reg. 3.

Non est tibi pars neque sors in sermone isto: cor enim tuum non est rectum coram Deo. Poenitentiam itaque age ab hac nequitia tua, et roga Deum si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui. Act. 8.

Sicut eunuchus fuit qui Joseph comparavit: ita qui gratiam mercatur vivum semen non habent siccis genitalibus. Sic quoque ignis sacrificii, qui per septuaginta annos Babylonicae captivitatis sub aqua vixerat, extinctus est Antiocho Jasoni vendente sacerdotium; quod significavit Spiritus sancti ignem non lucere in simoniacorum sacramentis. Aug.

Reperiuntur quamplurimi negotiatione muneris mercari velle gratiam Spiritus sancti, dum illi pretium donant ut pontificalis ordinis sublimitatem accipiant; obliti verborum Petri, qui dixit ad Simonem: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia existimasti donum Dei posse pecunia possideri. Ambr. *in lib. past.*

Cum ordinaretur Episcopus, quod dedit, aurum fuit; quod perdidit, anima fuit. Cum alium ordinaret, quod accepit, aurum fuit; quod dedit, lepra fuit. Ambr. *de minist.*

Presbyter si per pecuniam ecclesiam obtinuerit, non solum ecclesia privetur, sed etiam sacerdotii honore spolietur: quia altare et decimas et Spiritum sanctum emere vel vendere simoniacam haeresim esse, nullus fidelium ignorat. Greg. *in regist.*

Quicunque sacros ordines vendunt aut emunt, sacerdotes esse non possunt. Unde scriptum est: Anathema danti, anathema accipienti: haec est simoniaca haeresis. Quomodo ergo si anathemizati sunt, et sancti non sunt, sanctificare alios possunt? et cum in Christi corpore non sint, quomodo Christi corpus tradere vel accipere possunt? Qui maledictus, bene dicere quomodo potest? Greg.

Cum omnis avaritia idolorum sit servitus, quisquis hanc (et maxime in dandis ecclesiasticis honoribus) vigilanter non praecavet, infidelitatis perditioni subjicitur, etiamsi tenere fidem verbis, quam negat factis, videatur. Greg.

Qui ergo sacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in divinis rebus non solum pecuniam nullam, sed nec etiam humanam gratiam requirit. Greg. *in tract.*

Lepram quum Giesi a sancto suscepisse se credant Elisaeo, qui gradum sacerdotalem se aestimant pecuniis comparare.

Ambr. *in suo pastor.*

Sicut validioribus morbis capite vitiato, reliquum necesse est corpus inundatione superioris morbis lethaliter irrigari: ita et hi, qui caput habentur Ecclesiae, morbo pestifero fraternum vitiant corpus, ita ut videas in Ecclesia passim, quos non merita, sed pecuniae ad episcopatus ordinem provexerunt. Ambr.

Nempe hoc est, quod doleo, quod Archiepiscopus carnaliter episcopum fecit; nam propter pecunias specialiter leprosum ordinavit: Pecunia, inquit, tua tecum sit in perditionem, quia donum sancti Spiritus gratiae pretio comparasti, et commercium mirabile in animarum exitium peregisti. Ambr.

Oculis quidem carnalibus videtur quis Episcopus magnus, et divinis obtutibus inspicitur; leprosus magnus, qui per pecuniam acquisivit indebitum ordinem, et apud Deum perdidit interiorem hominem: caro suscepit dignitatem, et anima perdidit honestatem. Ambr.

Saepe sinistra principia ad felicem perveniunt exitum: ut Jacob per supplantationem pervenit ad benedictionem: ut fruges, quae leprosa manu seritur, munda tamen metitur. Ut ex adulterino concubitu pulcra soboles nascitur: sic et pecunia, quae parsimonia acqui-

ritur felicem exitum habet, quum pauperibus profutura eroga tur sed nihil horum simoniacis patrocinatur. HIER. *in epist.*

Sicut Episcopum non decet manum, quam imponit, vendere: ita minister vel notarius non debet in ordinatione sui vocem vel calamum venundare. GREG. *in regist.*

Simonia haeresis contagium jam olim in Balaam pullulavit; qui, divinationis pretio proposito, ad maledicendum populum Dei perrexit. Dehinc hujus duo leguntur autores emersisse. alter sub prophetica, alter sub apostolica doctrina. Primus Giesi magister esse vendentium, deinde Simon videtur emptor. Horum autem sectatores sicut non sunt in errore diversi, ita nec in damnatione divisi.

HUGO. *lib.* 2. *de sacra. par.* 10

Certe acceptior est apud Deum justitia, quam praebenda. Ideo cum in utraque possit simonia committi, damnabilior tamen est omnis venalitas in exhibitione justitiae, quam in venditione decimae aut praebendae. PET. RAV. *in epist.*

DELLA SEMPLICITA'.

Simplicitas omnibus piis necessaria est. Matth 5. 8.

La *semplicità* ha ben differenti significati, poichè qualche volta significa la natura d'una cosa ch'è senza composizione e senza mischianza, cioè a dire un solo soggetto; qualche volta si riferisce a numeri escludendone la pluralità. Talora indica l'esclusione dell'artificio, degli ornamenti accattati, ed annunzia il puro effetto della natura; talora pure vien presa in cattiva parte, e diventa a un dipresso il sinonimo di *bonomìa* ed anche di *stupidezza*.

Talvolta suona lo stesso che innocenza: ma siffatta semplicità se da un canto è virtù, dall'altro è ben facile che essa cada nel vizio opposto. Un'anima semplice è una canna leggiere che senza grande spiro di vento cede e si piega. Ella per la troppa sua bontà presta subito fede al linguaggio della seduzione, e vi si abbandona. È allora che al sorriso e alla pace succede il pianto e il pentimento. È forse un male pel pilota il conoscere ove in mare ascondonsi li scogli? Devesi apprendere non solo qual deve essere, mà qual è l' uomo.

Vir erat in terra Hus, nomine Job. Et erat vir ille simplex, et rectus, ac timens Deum, et recedens a malo. Job. 1.

Sentite de Domino in bonitate, et in simplicitate cordis quaerite illum. Sap. 1.

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Matt. 6.

Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae. Matth. 10.

Sed volo vos sapientes esse in bono, et simplices in malo. Rom. 16.

Deus non projiciet simplicem. Job. 8.

Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Prov. 10.

Abominabile cor pravum, et voluntas ejus in his qui simpliciter ambulant. Prov. 11.

Justus, qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios relinquet. Prov. 20.

Qui ambulat simpliciter, salvus erit. Prov. 28.

Habete simplicitatem columbae, ne cuiquam machinetis dolos; et astutiam serpentis, ne aliorum supplantetis insidiis: quia non multum distat in vitio, aut decipere, aut decipi posse. Hier. *ad Rust.*

Prudentia absque simplicitate malitia est, et simplicitas absque ratione stultitia nominatur. Hier. *super Oseam.*

Simplex eris, si te mundo non implicaveris, sed explicaveris: explicando enim te a mundo, simplex: implicando, duplex eris.

Aug. *hom. in* 2. *Joan.*

Nihil divitius viro simplici. Quid enim simplicitate divitius? quae sicut bonus paterfamilias, satis sibi abundat, et, sua puritate contenta, non quaerit alienum, nec abrodit, sed de caeteris fingit, nec se in artes varias saepe commutat, sicut astutia: quae ut si cauta, timet omnia, nec suis consiliis credit, versat ipsa suas sententias: simplicitas timere nil novit. Hier. *super Oseam.*

Utraque bene in admonitione convertit, ut simplicitatem columbae astutia serpentis instrueret, et rursus serpentis astutiam columbae simplicitas temperaret. Greg. *in mor.*

Nihil simplici corde felicius: quia, ex quo innocentiam erga alios exhibet, nihil est quod pati ab aliis formidet. Habet enim quasi artem quamdam simplicitatem suam: nec suspectus est, pati, quod se fecisse non meminit. At contra mens prava semper in laboribus est: quia autem molitur mala, quae infera aut metuit, ne sibi haec aliis inferantur. Greg.

Omnibus nobis in conversionis initio nulla virtus magis necessaria est, quam simplicitas humilis, et gravitas verecunda.

Bern. *in serm.*

De beato Job dicitur, quod erat vir simplex et rectus. Simplex videlicet per innocentiam mansuetudinis, rectus per cautelam discretionis: simplex, quia nullum laedere, immo prodesse desiderabat: rectus, quia se a nullo corrumpi permittebat.

Beda *de temp. Salom. lib.* 1.

Simplicitas sine rectitudine dissoluta est et stulta: rectitudo autem sine simplicitate austera nimirum existit et dura, verum utraque virtus conjuncta perfectum reddit hominem.

Beda *de temp. Salom. lib.* 1.

DELLA SOBRIETA'.

Sobrius, temperans qui suis affectibus imperat, tum ebrio speciatim, tum intemperanti generatim oppositus. 2. Cor. 5.

La *sobrietà*, temperanza nel bere e mangiare, è particolarmente opposta alla ghiottoneria ed all' ubbriachezza, che avviliscono gli uomini confondendoli coi bruti.

La sobrietà è non solo una regola de' buoni costumi, ma un principio ancora di sanità: il vizio contrario assorbe la mente e l'animo, e consuma inoltre e distrugge le facoltà del corpo. Evvi un certo raffinamento nella sobrietà: essa conserva il gusto ed i piaceri de' godimenti; laddove invece anche le migliori cose, quando l'uomo n'ha goduto sino alla sazietà, divengono soventi volte insipide e per sino disgustose.

Dicesi figuratamente, secondo S. Paolo, ch'è d'uopo *esser saggio con sobrietà*, per dinotare ch' è necessaria una certa moderazione nelle migliori cose, per tema di non eccedere i limiti della ragione.

Sobrietas est mentis et sensus, membrorum omnium, corporisque tutela, castitatis pudicitiaeque munimentum pudori proxima, amicitiae pacisque serva, honestatique semper conjuncta, criminumque et vitiorum omnium profuga. Aug.

Sobrietas est recti judicii tenax, memoriae recordationisque inseparabilis sapientia, secretorum custos, arcani velamen, lectionum et doctrinae capax, studiorum et artium bonarum disciplina, pariter et magistra ingeniorum, et capiendorum pedissequa, bonae famae semper avida, salubria atque utilia creans; virtutis singulare auxilium, cuncta cum ratione disponens, in congregatione honestorum se semper ingerens. Aug.

DELLA SOCIETA'.

Societas bona consectanda, mala fugienda. Gen. 19 15.

Intendesi per *società* un' adunanza d' uomini che sono uniti dalla natura o dalle leggi pel conseguimento di un fine. Ove una società non sia governata dall'amore e dalla giustizia, non tarderà a sciogliersi ed a cagionare discordie e peggio, principalmente se sarà società componente uno Stato. La società è altresì il commercio che gli uomini hanno naturalmente gli uni cogli altri.

Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit, quam frater. Prov. 18.

Melius est duos esse quam unum : habent enim emolumentum suae societatis; si unus ceciderit, ab alio fulciatur. Eccles. 4.

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea ; et qui communicaverit superbo, induet superbiam: pondus super se tollit, qui honestiori se communicat, et ditiori te ne socius fueris. Eccles. 12.

Sicut socii passionum estis, sic eritis et consolationis. 2. Cor. 1.

Societas nullo modo fit major accedente sive permanente consorte possessionis bonitatis: imo possessionem bonitatis quanto latius, tanto concordius individua sociorum possideat charitas. Non habebit denique istam possessionem , qui eam noluerit habere communem ; et tanto eam reperiet ampliorem , quanto amplius sibi potuerit amare consortem. Aug. *de civit. Dei.*

Non turbatur navis quae Petrum habebat, sed turbatur illa quae Judam habebat; et si multa illorum discipulorum merita naufragabant, tamen adhuc perfidia proditoris agitabatur in utraque Petrus: sed qui suis meritis firmus est , turbatur alienis. Caveamus igitur perfidum, caveamus proditorem, ne per unum plurimi fluctuemus. Ambr. *super Luc. lib.* 4.

Voluit Christus deseri, voluit prodi, voluit ab apostolo suo tradi: ut cum sis desertus a socio, proditus ab ipso , moderate feras tuum errasse judicium, periisse beneficium. Ambr. *lib.* 5.

Tolerandi ubique sunt proximi: quia Abel fieri non valet, quem

Cain malitia non exercet. Unum vero est, pro quo vitari societas malorum debeat, ne, si fortasse corrigi non valent, ad imitationem trahant; et, quum ipsi sua malitia non mutantur, eos, qui sibi conjuncti fuerint, pervertant. Greg. *in hom.* 9. *super Ezech.*

Bonus sic malo connectitur, ut aut pares reddantur, aut cito ab invicem separentur. Amicitiae enim pares aut quaerunt aut faciunt. Chrys. *super Matth.*

Rerum natura sic est, ut quoties bonus malo conjungitur, non ex bono malus melioretur, sed ex malo bonus contaminetur: diversitas enim rerum nunquam potest habere concordiam, et multos sollicitat societas nefanda. Chrys.

Vitiosus conscientias vitiosorum non refugit, et ubi omnes sordeat unus minime forte sentitur. Bern. *lib. de considerat.*

Ante ignem consistens, etiamsi ferrens sis, aliquando dissolveris, proximus periculo diu tutus non erit. Per assiduitatem cito peccat homo. Saepe familiaritas implicavit, saepe occasionem peccandi dedit, saepe quod voluntas non potuit, assiduitas superavit. Isid. *lib.* 2. *soliloq.*

Melius est habere malorum odium, quam consortium. Sicut bona multa habet communis vita sanctorum, sic plurima mala societas affert malorum. Isid.

Amabilis socius omnibus est officiosus, et nulli onerosus, quia devotus ad Deum, benignus ad proximum, sobrius ad mundum, Domini servus, proximi socius, mundi dominus, superiora habet ad gaudium, aequalia ad consortium, inferiora ad servitium. Hug. *lib.* 3. *de anima.*

Ipsi quoque homini duplices manus, socias aures, oculos geminos divina tribuerunt, ut robustius perageretur officium, quod duorum fuerat societate complendum. Cass. *lib.* 2. *epist.*

DELLA SOLENNITÀ.

Qui prodest interesse festi hominum, si contingat deesse festis angelorum? Greg. *homil* 33. *in evang.*

Intendesi per *solennità* tutto ciò che dà lustro e magnificenza ad una cosa; essa è l'apparato e l'insieme delle cose pompose, il cui oggetto è quello di celebrare un atto imponente o un notevole avvenimento, un dì particolarmente consacrato, sia alla pietà, sia pure al piacere.

Si quaeras, cur Christianus non observat otium Sabbati, cum Dominus non venerit solvere legem, sed adimplere? Respondeo: Istud non observat Christianus, quia quod ea figura profitebatur, jam ipse implevit. In isto habemus Sabbatum, qui dicit: Venite ad me, omnes qui laboratis, et invenietis requiem animabus vestris.

Aug. *contra Faust. lib.* 3.

Toties dies natalitios Sanctorum celebramus, quoties virtutes eorum recolimus, quibus claruerunt in terris, ut ad gloriam illius, a quo totum habuimus, referamus. Aug.

Melius faceret Judaeus in agro suo aliquod utile, quam in theatro seditiosus existeret; et melius fœminae eorum die Sabbati lanam nerent, quam tota die in neomeniis suis impudice saltarent.

Aug. *in lib de decem chordis*

Dominico die a labore terreno cessandum est, atque omnimodo orationibus insistendum, ut si quid negligentiae per sex dies agitur per diem resurrectionis dominicae precibus expietur.

Greg. *in registro.*

DELLA SOLITUDINE.

Solitarii molestia vana. Eccles. 4. v. 7 8.

La *solitudine* è lo stato d'un uomo ch' è solo, o che si è ritirato dal commercio del Mondo.

È questo uno stato di violenza, poichè l'uomo è nato per la società; altramente le sue facoltà fisiche e morali niuno scopo avrebbero. E nel fatto si vede che l'uomo rimane in società anche quando di questo non avea conoscenza. Infelice però chi nato a convivere col suo simile, è dannato alla solitudine! Vi son tempi in cui questa è il minor male: il virtuoso in una società corrotta è sempre vittima. È la barbarie o la falsa civiltà che allontana l'uomo dall'uomo. Eppure Cristo non venne che a far di noi una famiglia, tutti fratelli!

Minus voluptatibus stimulatur, qui non est ubi frequentia voluptatum; et minus avaritiae molestias patitur, qui divitias non videt. Aug. *lib. de singular. cler.*

Sapiens nunquam solus esse potest: habet enim secum omnes qui sunt et qui fuerunt boni, et animum liberum quocunque vult, profert et transfert, et quod corpore non potest, cogitatione complectitur; et si hominum inopia fuerit, loquitur cum Deo: nunquam bonus solus erit. Hier. *contra Jovinia.*

Infinita eremi vastitas te terret, sed tu Paradisum mente deambula; quotiescunque cogitatione ac mente illuc conscenderis, toties in eremo non eris. Scabra sine balneo contrahitur cutis: sed qui in Christo semel lotus est, non illi necesse est iterum lavari. Hier. *in ep. ad Heliod.*

Qui corpore remotus vivit, sed tumultibus conversationis humanae terrenorum desideriorum cogitatione se infert, non est in solitudine: si vero prematur aliquis corporaliter popularibus turbis, et tamen nullos secularium curarum tumultus in corde patiatur, non est in urbe. Greg. *lib.* 30. *moral.*

Malum, quod nemo videt, nemo arguit; ubi autem non timetur reprehensor, securus accedit tentator, licentius perpetratur iniquitas. In conventu vero, si quae bona agis, nemo prohibet, malum autem facere si vis, non licet. Si ergo de fatuis virginibus es, congregatio tibi necessaria est; si de prudentibus, tu congregationi.

Bern. *ad Sophiam virg.*

DEL SOGNO.

Somnia olim servis Dei familiaria.
Num. 12.

Il *sogno*, visione, pensiere d'una persona che dorme, è una combinazione d' idee durante il sonno, il quale è anch' esso l' effetto della tensione de' nervi; poichè solo per la tensione loro gli esterni oggetti eccitano delle percezioni nell' animo.

I sogni non possono essere attribuiti ad altro che all'immaginazione, giacchè non v' è alcun concorso da parte degli organi. L' immaginazione sola vi opera; essa agisce sugli organi stessi, e talvolta con tanta forza che li fa godere delle più vive e più deliziose sensazioni, quali non proverebbero forse in godimenti reali.

L' immaginazione si pinge oggetti assenti ed anche chimerici; e, per la vivacità d' una tal pittura, i sensi, comecchè assorti, trovansi ancor più nommossi ch' essi non sarebbero in tutto il loro vigore, e se questi oggetti fossero realmente presenti.

Il sogno intendesi pure talvolta per una visione soprannaturale. La Sacra Scrittura ci ammaestra che Dio apparve, ed illuminò in sogno certi Profeti e Patriarchi.

Custodi legem atque consilium; et sequitur: Si dormieris, non timebis: quiesces, et suavis erit somnus tuus. Prov. 3.

Dulcis est somnus operanti. Eccles. 5.

Securus dormiens requiesces, et non erit qui te exterreat. Job. 11.

Multas curas sequuntur somnia. Eccles. 3.

Ubi multa sunt somnia, plurimae sunt vanitates, et sermones innumeri. Tu vero Deum time. Eccles. 3.

*

Somnia extollunt imprudentes. Quasi qui apprehendit umbram, et persequitur ventum : sic qui attendit ad visa mendacia. Ante faciem hominis similitudo alterius hominis. ECCLES. 34.

Non augurabimini, nec observabitis somnia. LEVIT. 19.

Et sicut parturientes cor tuum phantasias patitur, nisi ab Altissimo fuerit emissa visitatio, ne dederis in illis cor tuum : multos enim errare fecerunt somnia, et exciderunt sperantes in illis.

ECCLES. 24.

Consuetudinem meam nosti; brevissimo somno utor, et quasi intervigilo : satis mihi vigilare desinisse aliquando dormivisse me sentio, aliquando suspicor.

HIER. *lib. illustrium virorum*, *epist.* 87. *loquens de seipso.*

Cum somnia contingunt, aut ventris repletione, aut manitione, aut illusione simul, aut cogitatione et illusione, aut revelatione aut cogitatione simul et revelatione, cogitationes sanctiores, cœlestiores, virtuosiores sequuntur somnia blandiora et delectabiliora.

GREG. *moral.* 8. *super illud Job.* 7 : *Terebis me per somnia.*

Iturus in somnum, aliquid tecum defer in memoria et cogitatione, in quo placide obdormias, quod etiam somniare juvet. Sic, tibi nox ut dies illuminatur, et nox illuminatio tua : in deliciis tuis placide obdormies, in pace quiesces, facile evigilabis : surgens, facilis eris ad redeundum in id unde non totus discessisti.

Cave, serve Dei, quantum potest, ne totus quandoque dormias, ne sit somnus tuus, non quies lassi, sed sepultura corporis suffocati ; non reparatio, sed spiritus extinctio.

DEI SOFISTI.

Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Rom. I. 22.

Il nome di *sofista* ebbe nell'origine sua un favorevole significato, cioè quello di Professore d' eloquenza.

Un tale significato gli fu conservato per tutto lo spazio di tempo in cui la dignità di quest'arte venne rispettata; ma a poco a poco certi rétori vendendo a prezzo la loro eloquenza si adoperarono a preconizzare i vizj, ad accreditare gli errori, e talvolta eziandio a decretar corone ai delitti.

Dopo di ciò la parola *sofista* significò sempre un Uomo di mala fede, che, abusando della sottigliezza del proprio ingegno, attende ad ingannare e sorprendere altrui, ordinando a tal uopo i falsi ragionamenti.

Si può dubitare se la maggior parte dei sofismi partano da un cuor retto. Del resto è d'uopo talvolta perdonarli ad una difettosa organizzazione, la quale, in molti casi, priva di giustezza lo spirito.

Dicesi di colui che fa argomenti capziosi: « Egli non è un filosofo, gli è un sofista, un puro sofista ».

Ne quis sapiat supra quam oportet sapere, sed sapiat ad sobrietatem. Rom. 12. 3.

Scientia inflat, charitas vero aedificat. Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum quicquam novit sicut oportet scire.
1. Cor. 8. 2.

Si quis videtur contentiosus, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. 1. Cor. 11. 16.

Non qui seipsum commendat ille probatus est, sed is quem Dominus commendat. 1. Cor. 10. 18.

Ne simus amplius pueri qui fluctuemus et circumferamur quovis

vento doctrinae, in hominum alea, in veteratoria ad insidiose fallendum versutia. Ephes. 4. 14.

Nihil gerite per contentionem, neque per inanem gloriam. Phil. 2. 3.

Horum Deus venter, et gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Phil. 3. 19.

Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam. Coloss. 2. 8.

Improbi homines et impostores procedent in pejus, tum seducentes alios, tum seducti ipsi. 2. Tim. 3. 13.

Universas domos subvertunt, docentes quae non oportet, turpis lucri gratia. Tit. 1. 11.

Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci Hebr.

Philosophiam nomine habituque profitentur quidam, qui nihil praestant dignum hac professione.

Justin. *martyr. in* 2. *Apol. pro christianis.*

Veteratorie instructa persuadendi arte, seducunt mentes imperitorum. *Item*: Verborum artificio simplices eo probabiliter adducunt, ut aliquo modo iniquirant; sed improbabiliter ipsos perdunt, dum adversus summum opificem impiam reddunt et discernere possint. Iren. *in praef. lib. adv. haereses.*

Non ostenditur per se impostura, ne nuda deprehendatur: sed amictu verisimili callide ornata, ita ut imperitioribus videatur externa specie se ipsa veritate veriorem exhibere. Iren.

Sophistae verborum magis volunt esse quam discipuli veritatis. Iren.

Quidam, se ipsos erigentes, calumnias verbis invenire contendunt, contentiosas comparantes quaestiunculas, distinctiuncularum venatores, pusillarum quarumdam artium aemulatores, litigiores, et jurgiorum consarcinatores. Ob hanc artem efferentes se sophistae infelices, canoris quibusdam suis nugis garrientes, cum in nominum delectu et certa dictionum compositione ac connextione tota vita laborant, cicadis apparent loquaciores. Clem. Alexandr. *stromat. lib.* 1.

Inani sapientiae opinione elati perpetuo litigant, aperte ostendentes se magis curare ut videantur, quam ut philosophentur. Clem. Alex.

Loquacitatem facundiam existimant: impudentiam constantiam deputant: et maledicere singulis officium bonae conscientiae judicant. Tertull. *lib. adv. Hermogenem. cap.* 1.

Haereticorum patriarchae sunt philosophi. *Cap.* 3. Iis fere mos est simplicia quaeque torquere. *Cap.* 19. Simplicitatem communium verborum torquent in quaestionem. *Cap.* 27.

Nihil hominibus adeo suave est et jucundum, quam de rebus altis et alienis orationem habere, si vel benevolentia quadam vel odio trahantur, a quibus veritas plerumque surripi soleat.

GREG. NAZIAN. *orat.* 26.

Ubi veritas exultat, perturbata et confusa sophistica sedet ad gubernacula. Ubi nulla ratio, ibi nec veritatis investigatio et communicatio. CYRIL.

Propositum est hominibus improbis, in quorum animis inexplebilis honoris et pecuniae cupiditas insita est, ut ecclesiis, quae plus habere videntur dignitatis, insidientur, qui per varia ac multiplices vias sinceram Ecclesiae pietatem oppugnare non cessant. Nam impulsu diaboli, qui vim suam in eorum animis exercet, in furorem acti, ad voluptates, quae forte se offerunt, praecipites feruntur, atque ab omni pietate aversi timorem divini judicii proterunt.

THEODORET. *hist. eccl. lib.* 1. *cap.* 4.

Vituperare et carpere bonos ac bonum, quomodo quis potest, nisi sophistice? quis potest, nisi malus et sophista? Hic enim ut convicietur, ut calumnientur, aut addit, aut detrahit, aut pervertit, et immutat: quod est sophistarum vel excellentissimum artificium.

SOCR. *hist. eccl. lib.* 6. *cap.* 10.

DEL SORTILEGIO.

Sortes a Deo reguntur.
Prov. 16. 33.

Intendesi per *sortilegio* i malefizj di che servonsi i pretesi maliardi.

Ell'è una pratica superstiziosa, nella quale chi l'esercita spera di essere assistito dalla possanza del Demonio.

Il sortilegio è un enorme delitto ed una idolatria per rispetto all'invocazione del Demonio, alla confidenza che altri ripone in quello, ed al commercio che l'uomo pretende stabilire tra sè stesso e le creature eternamente orribili agli occhi di Dio. Lo scopo del sortilegio è d'ordinario malvagio in sè stesso; ma, quando bene fosse eccellente, il sortilegio non diverrebbe forse se non se più criminale.

Sons proprie dicitur, cum aliquid fit, ut, ejus eventu considerato, aliquid occultum innotescat. Thom.

Varro dixit, quatuor esse divinationis genera, terram, aquam, aera, et ignem: hanc geomantiam, hydromantiam, aeromantiam, et proymantiam, dictam constat. Divini dicti sunt, quasi Deo pleni: divinitate enim se plenos simulant, et astutia quadam fraudolenta hominibus futura conjectant. Duo sunt autem genera divinationis, ars et furor. Incantatores dicti sunt, qui peragunt verbis artem, sunt harioli, sunt haruspices, sunt augures; qui et auspices et sortilegi, auspicia et auguria: sunt pythones, genethliaci, sunt salisatores, sunt et praestigia. Cuncta autem haec sunt a Christiano vitanda, et omni penitus execratione repudianda, atque damnanda: in his omnibus ars Daemonum est ex quadam pestifera societate hominum et malorum Angelorum exorta. Aug.

Qui sine Salvatore salutem vult habere, et sine vera sapientia aestimat se prudentem fieri posse, non sanus, sed aeger, non prudens, sed stultus in aegritudine assidua laborabit; et in caecitate noxia stultus et demens permanebit, ac proinde omnis inquisitio, et omnis curatio, quae a divinis, et magis, vel ab ipsis Daemoniis in idolorum cultura expetitur, mors potius dicenda, quam vita.

Aug. *lib. de civitate Dei.*

Illos planetarios, quos mathematicos vocant, plane consulere non desistebam, quod quasi nullum eis sacrificium, et nullae praeces, ad aliquem spiritum ob divinationem dirigetur, quod tamen Christiana et vera pietas consequenter expellit et damnat.

AUG. *lib.* 2. *confess.*

Hujusmodi artes nugatoriae, vel noxiae superstitionis, ex quadam pestifera societate hominum et Daemonum, quasi peccata infidelis et dolosae amicitiae constituta, penitus sunt repudiandae et fugiendae Christiano. AUG. *lib. de doctrina christiana.*

Non est absurdum credere, aliqua dispensatione permissum fuisse, ut, non dominante arte magica, sed dispensatione occulta, quae pythonissam et Saulem latebat, se ostenderet spiritus justi aspectibus regis, divina eum sententia percussurus: vel non vere spiritus Samuelis a requie sua excitatus est, sed aliquod phantasma, et illusio imaginaria Diaboli machinationibus facta, quam Scriptura Samuelem appellat, sicut solent imagines rerum suarum nominibus appellari. AUG. *epist. ad Simpl.*

Non debemus sub exemplo Jonae sortibus credere, vel illud de Actis apostolorum hujus testimonio copulare, ubi sorte Matthias in apostolatum eligitur. HIER. *super Jonam.*

Si quis hariolos, haruspices, vel incantatores observaverit, aut phylacteriis usus fuerit, anathema sit. GREG.

Sortilegium est quoddam genus culturae idolorum ex Daemonum consultationibus futura praedicendo. ISID. *lib. etymol.*

DELLA SPERANZA.

Spes justorum non in temporalibus rebus, sed in Deo, ejusque promissionibus, fundatur. Gen 26.

La *speranza* è l'aspettazione d'un bene che taluno desidera e crede gli avverrà.

Ha questo sentimento tutta la ragione nella mancanza di una cosa e nei mezzi che si hanno. La speranza è compagna inseparabile della vita poichè tende alla felicità dell'uomo; e quando credesi perduta, è allora che si giunse, a troncarsi anche volontariamente l'esistenza. Non sono che le passioni, le quali gettano un velo su tutte le speranze della vita, comechè lo stesso suicida non fa che altrove invenire una speranza: sia egli un materialista, la troverà nella fine dei mali. Che se pur l'uomo fosse deserto di ogni felicità, non gli avanzerebbe la più bella speranza, quella cioè della fermezza? La felicità infine non è che relativa, e per lo più chimerica.

Se tanto malagevole è per un individuo fermamente sperare, quanto nol dovrà essere per tutto un popolo che si aggiri come in un laberinto? altro filo non gli rimane per uscirne che la coscienza della sua dignità e la forza della virtù.

La speranza, seconda virtù teologale, è pure, nel senso della religione, la ferma confidenza nelle misericordie di Dio, e nell'infinito premio con cui egli promise di ricompensare i fedeli che lo adorerebbero, e lo servirebbero in ispirito ed in verità.

Lætentur omnes qui sperant in te, Domine! Psal. 5.

Quoniam non derelinquis qui spem in te collocarunt, sua vero virtute gloriantes deprimis. Judith. 6.

Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo. Job. 13.

Habe fiduciam in Domino, ex toto corde tuo. Prov. 3.

Qui timetis Dominum, sperate in illum, et in oblectationem veniet vobis misericordia. Eccles. 2.

Benedictus vir qui confidit in Domino; et erit Dominus fiducia ejus Jerem. 17.

Sperantem in Domino misericordia circumdabit. Psal. 32.

Qui sperat in Domino, salvabitur. Prov. 28.

Nolite amittere confidentiam vestram, quae magnam habet remunerationem. Hebr. 10.

Si exsurgat adversum me praelium, in Domino sperabo. Ps. 26.

Spes hypocritae peribit. Job. 8.

Non habent futurorum spem mali; lucerna impiorum extinguetur. Prov. 24.

Ingrati spes tanquam hybernalis glacies tabescet, et more inutilis aquae diffluet. Sap. 16.

DELLO SPIRITO SANTO.

Spiritus Sanctus docebit vos, in ipsa hora, quid oporteat vos dicere. Luc. 12.

Spirito significa, in generale, un essere incorporale, e la costituzione non ammette punto la materia. Quindi Dio, gli Angeli, l'anima nostra emanata dalla divinità sono puri spiriti; ma lo spirito per eccellenza è la terza persona della Trinità, procedente dal Padre e dal Figlio, come da un solo e medesimo principio, ed il cui nome esprime la potenza e la virtù divina che si comunica agli uomini, per illuminarli e costituire la loro coscienza.

O quam bonus et suavis est; Domine, spiritus tuus in omnibus! Sap. 12.

Ubi spiritus Domini, ibi libertas. 2. Cor. 3.

Spiritus omnia scrutatus, etiam profunda Dei. 1. Cor. 2.

Quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Matth. 12.

Haec omnia operatur unus atque idem spiritus, dividens singulis, prout vult. 1. Cor. 12.

Signati estis Spiritu Sancto promissionis, qui est pignus haereditatis nostrae. Eph. 1.

Sanctum semper opus in me spira, ut cogitem; compelle, ut faciam; suade, ut te diligam; confirma me, ut te teneam; custodi me ne te perdam. Aug. *in epist.*

Spiritus Sanctus in linguis igneis apparuit, quia omnes quos replevit ardentes pariter et loquentes fecit. Greg. *in hom.*

DELLO STUDIO.

Quid est invenire, nisi in id venire quod quaeritur? quae autem ultro occurrunt menti non dicuntur inventa, quamvis dicantur cognita: quia non tendebat anima ad illa quaerenda.
Aug. de Trinit. lib. 9.

Lo *studio* è l'applicazione continua con cui uno attende ad istruirsi. Dovrebbe principalmente occupare la gioventù lo studio della Religione, delle scienza Naturali, della Filosofia e segnatamente morale e sociale, della storia, in primo della sua nazione, e delle sue leggi.

Non istudia bene se non chi delle cose studiate rende conto a sè medesimo con analisi scritte. Uno, il quale non attenda ad altro che ad arricchire la propria memoria ed a leggere per pura curiosità, adotta idee false e soventi volte ridicole, e sistemi volgari ed assurdi.

Si studia assai più utilmente riflettendo e ragionando di quello che col leggere; ma giova particolarmente aggiugnervi il mezzo di convinzione, sia parlando di principj incontestabili e seguendo per graduazione le loro conseguenze, sia confermando coll' esperienza tutto quello ch' essa può constatare.

Tria sunt studentibus necessaria: natura, exercitium, disciplina. In natura consideratur, ut facile audita percipiat, et percepta firmiter retineat. In exercitio, ut labore et sedulitate naturalem sensum excolat. In disciplina, ut, laudabiliter vivens, mores cum scientia componat. Hug. *lib.* 3. *didasc.*

DELLA STOLTEZZA.

Stultis silentium imponendum.
PROV. 26. 10.

Lo *stolto* è propriamente colui ch' è sfornito di quella dose di spirito e di buon senso ch'è necessaria per caratterizzare un essere ragionevole della classe ordinaria. Uno *stolto* parla di cose che ignora, ed agisce sempre prima di avere pensato; e così poi riesce necessariamente ridicolo in mille e mille occasioni.

STULTORUM infinitus numerus est. ECCLES. 1. *v*. 25.
Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. PROV. 1.
Arenam et salem, et massam ferri facilius est ferre, quam hominem imprudentem, et fatuum et impium. ECCLES. 22.
Rescindenda insipienti potestas est, non adjicienda libertas. Insipientis in libertate ruina vehementior est. AMBR.
Stulti tanto intentius de alieno judicant, quanto sua profundius ignorant. GREG. *in mor.*
Stultus viator est, qui in via amœna prata conspiciens obliviscitur quo tendebat. GREG. *in mor.*
Tanto quisque intus amplius stultior fit, quanto conatur exterius sapiens videri. GREG. *in mor.*
Stultus est, qui per ignominiam non commovetur ad dolorem, et qui non movetur ad injuriam. ISID.
Qui ea, quae Dei sunt, sapiunt, a Domino sapiuntur: qui ea, quae Dei sunt, nesciunt, a Domino nesciuntur: Paulo attestante, qui ait: Si quis ignorat, ignorabitur. Idem: Quicunque stultus est in culpa, erit sapiens in pœna. GREG. *in mor.*

DELLA SUPERBIA.

Est' autem superbia perversae celsitudinis appetitus. Aug. *lib* 4 *de civit. Dei.*

L'*orgoglio* è l'opinione troppo vantaggiosa che uno ha di sè stesso. Prendesi talora in buona parte; ed in allora è determinato da un epiteto. Dicesi quindi, un nobile orgoglio, per dire un sentimento nobile ed elevato, che dà una ragionevole confidenza nel proprio merito, che stimola a far grandi cose, ed allontana da ogni maniera di bassezza.

La Nascita, il Sapere e l' Opulenza sono gli oggetti che producono d'ordinario l'orgoglio. Cionnullameno la Nascita non costituisce alcun merito personale: il Sapere è una previsione del merito altrui, che c' indica particolarmente il grado d'ignoranza in cui siamo sepolti: l'Opulenza è l'opera della sorte, e suol essere il frutto de' delitti più spesso che il retaggio delle virtù. A vero dire, non franca la spesa lo insuperbirsi di simili oggetti.

In ogni modo la superbia se esternamente non trapassa i limiti della morale, è sempre un pregio, poichè è fondata su gran merito, come la viltà e la vanità per opposita ragione sono oggetti di scherno e di vergogna. La superbia è la passione di quel popolo, il quale per sostenere la sua maggior fortuna, di grandi virtù ha mestieri.

Magna est miseria, superbus homo; sed major misericordia, humilis Deus. Aug. *de catechizandis rudibus.*

Audeo dicere, superbis utile esse cadere in aliquod apertum et manifestum peccatum, unde sibi displiceant qui jam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus displicuit quando flevit, quam sibi placuit quando praesumpsit: hoc dicit sacer psalmus: Imple facies eorum ignominia. Aug. *de civit. Dei, lib.* 14.

Quoniam delicto alio, nisi superbiae? non est enim majus pecca-

tum, quam apostatare a Deo : quod est initium superbiae hominis. Et vere iste immaculatus est, qui etiam hoc delicto caret, quia hoc est ultimum redeuntibus ad Deum, quod recedentibus primum fuit.

Aug. *in psal.* 19.

Caetera vitia in male factis valent , sola superbia etiam in recte factis est cavenda. Aug. *de nat. et gratia.*

Vitia quippe caetera in peccatis , superbia vero in recte factis timenda est: ne illa, quae laudabiliter facta sunt , ipsius laudis cupiditate amittantur. Aug. *in epist. ad Dioscorum.*

Si vix toleratur dives superbus, pauperem superbum quis ferat ?

Aug. *ser.* 19.

Vermis divitiarum est superbia. Difficile est, ut non sit superbus, qui dives est. Tolle superbiam, et divitiae non nocebunt.

Aug. *serm.* 31 .

Quid prodest dispergendo dare pauperibus, pauperem fieri , cum anima misera superbior efficitur divitias contemnendo, quam fuerat possidendo. Aug. *lib. de vita cler.*

Humilitas homines sanctis angelis similes facit, et superbia ex angelis daemones facit: et, ut evidenter ostendam , ipsa est omnium peccatorum initium, et finis et causa, quia non solum peccatum est ipsa superbia , sed etiam nullum peccatum potuit , aut potest , aut poterit esse sine superbia. Aug. *in epist.*

Praecipe divitibus hujus seculi ante omnia non superbe sapere. Nihil est enim quod sic generent divitiae, quomodo superbiam: omne pomum, omne granum, omne frumentum, omne lignum, habet vermem suum; et alius vermis mali, alius pyri , alius fabae , alius tritici. Vermis divitiarum superbia; ergo: praecipere divitibus hujus mundi non superbe sapere; excludit vitium, docet usum.

Aug. *ser. de verb. Dom.*

Superbia et cupiditas in tantum est unum malum, ut nec superbia sine cupiditate, nec sine superbia possit cupiditas inveniri.

Bern. *serm.* 17. *ad sororem.*

Superbia dicit: Ecce multis, imo pene omnibus, meliores, verbo, scientia, divitiis, honoribus, et cunctis, quae carnalibus vel spiritualibus suppetunt charismatibus. Cunctos ergo despice, cunctis temetipsum superiorem attende.

Aug. *lib. de conflictu vitiorum et virtutum.*

Alia quaecunque iniquitas in malis operibus exercetur , ut fiat : superbia vero in bonis operibus insidiatur, ut pereant. Aug. *in reg.*

Fit miris modis in anima hominis , ut de falsa humilitate magis infletur, quam si apertius superbiret : et nonnunquam dejicit Deus occultam mentis superbiam per carnis manifestam luxuriam.

Aug. *epist.*

Superbia, natione cœlestis, sublimium appetit mentes, et, quasi ad proprios revolans ortus, appetit gloriam, et potestatem hominum irrumpere, quae de gloria et puritate Angelorum erupit, ut quos invenit participes naturae, faciat consortes ruinae. HIER.

Quid tam superbum, quid tam ingratum videri potest, quam adversus ejus vivere voluntatem a quo ipsum vivere acceperis: quam illius praecepta despicere, qui ideo aliquid imperat, ut causam habeat remunerandi? HIER. *in epist.*

Multo illa deformior est superbia, quae sub quibusdam humilitatis signis latet. Nescio enim quomodo turpia sunt vitia, quum virtutum specie celantur. HIER. *in Marcum.*

Aliquando minus est in corruptionem cadere, quam, cogitatione tacita, deliberata elatione peccare: sed quum minus turpis superbia creditur, minus vitatur. Luxuriam veroeo magis erubescunt homines, quo simul omnes turpem noverint; unde fit plerumque ut nonnulli, post superbiam in luxuriam corruentes, ex aperto casu malum culpae latentis erubescant, et tunc etiam majora corrigant, quum prostrati in minimis gravius confunduntur. GREG. *in mor.*

Plerumque latet superbia, et castitas innotescit; atque ideo tentata diu castitas circa finem vitae perditur: quia cooperta superbia usque ad finem incorrecta retinetur. GREG. *in mor.*

Superborum mens semper est ad irrogandas contumelias valida, ad tolerandas infirma, ad obediendum pigra, ad lacessendos alios importuna, ad ea quae facere debet et praevalet ignava: ad ea autem quae nec facere debet, nec praevalet, parata. Hoc in eo quod sponte non appetit, nullis exhortationibus flectitur. Ad hoc autem quod latenter desiderat, quaerit ut cogatur, quia dum metuit ex desiderio suo vilescere, optat vim in sua voluntate tolerare.

GREG. *in mor.*

Quae major superbia, quam ut unus homo toti congregationi judicium suum praeferat, tanquam ipse solus habeat spiritum Dei?

BERN. *ser.* 2. *in resur.*

Magna superbia, et delictum maximum est, uti datis tanquam innatis, et in acceptis beneficiis gloriam usurpare beneficii.

BERN. *de diligendo Deo.*

Septempliciter occupavit nos lepra superbiae: in proprietate possessionum, in gloria vestitum, in voluptate corporum, in ore quoque dupliciter, similiter et in corde: in ore, quum in adversis, murmuramus, et in prosperis arroganter commendamus: in corde, propria voluntas, et proprium consilium. BERN. *in serm.* 3. *in resur. Dom.*

Superbia de superis cœlestibus ad ima praecipitat: humilitas ab

mis ad alta levat. Angelus in cœlo ad tartara corruit: homo in mundo ad cœlum ascendit. BERN. *in serm.*

Trabs in oculo grandis, et grossa in mente superbia est: quae quasi corpulentia sui vana non sanat, tumida non solidat, oculum mentis obscurat, et veritatem obumbrat. BERN. *in serm.*

Videas plerosque in ecclesia de ignobilibus nobiles, de pauperibus divites factos, subito intumescere, pristinae oblivisci abjectionis, genus quoque suum erubescere, et infimos dedignari parentes. Videas et homines pernitiosos ad honores quoque ecclesiasticos pervolare, et mox sibi applaudere sanctitatem, ex vestium mutatione, non mentium: et dignos se estimare dignitate, ad quam ambiendo pervenerunt; quodque (non audeo dicere) adempti sunt nummis, attribuere meritis. BERN.

Quosdam superbos divites rerum copia facit elatos, quorum non sunt opes in vitio, sed voluntas: nam crimen in rebus non est, sed in usu agentis; et est elatio pauperum quos non divitiae elevant, sed voluntas sola in eis superbia est. ISID. *lib.* 1. *de sum. bon.*

Omni vitio deterior est superbia, seu qui a summis personis assumitur, seu quod de opere justitiae et virtutis exoritur minusque culpa ejus sentitur. Luxuria vero carnis ideo omnibus notabilis est quoniam statim per se turpis est: et tamen pensante Deo superbia minor est. ISID. *lib.* 3. *de sum. bon.*

Arrogantia est animi motus; quo quis movetur ad jactandum se habere quod non habet. ISID. *etymolog.*

Quid superbit terra et cinis? ut homo arrogantia sublevetur, oblitus quid erit, e quam fragili vasculo contineatur, et quibus stercoribus immersus sit, et qualia semper purgamenta de sua carne projiciat. ORIG. *hom. in Ezech.*

Jactantia est, fastu mentis id agente, majora quam sunt de se promittere. HUGO.

Superbia est elatio vitiosa, quae, inferiorem despiciens, superioribus et paribus satagit dominari. HUGO.

Superbia in cœlo nata est; sed, velut immemor qua via inde cecidit, illuc postea redire non potuit. HUG. *lib.* 1. *de anima.*

Caetera vitia solas illas virtutes impetunt quibus ipsa destruuntur; ut luxuria pudicitiam, ira patientiam: sola vero superbia contra cunctas animi virtutes se erigit, et quasi generalis et pestifer morbus omnes corrumpit. Signa autem superbiae haec sunt: clamor in locutione, amaritudo in silentio, dissolutio in hilaritate, furor in tristitia, honestas in imagine, inhonestas in actione, rancor in reprehensione. HUG.

Quatuor enim sunt, quae trahunt elationis currum: amor dominandi, amor proriae laudis, contemptus, et inobedientia. Rotae vero sunt: jactantia mentis et arrogantia, verbositas et levitas: auriga in hoc curru est spiritus superbiae: amatores mundi sunt, qui feruntur in hoc curru: infraenes sunt equi, volubiles rotae, auriga perversus, et, qui portatur, infirmus. Hug. *de claust. anim. lib.* 1.

Superbia de angelo diabolum fecit, et homini mortem intulit, et concessa beatitudine vacuavit, omnium malorum mater, scelerum fons, vena nequitiae. Cass. *sup. psal.* 18.

Omnis fere vitiosus diligit sibi similem : solus superbus odit elatum; unde inter superbos semper sunt jurgia. Cass.

Heu! hominum unde iste fastus, ista superbia, cujus aerumnosa necessitas, cujus vitam laboriosa devolvit pœnalitas, cujus pœnalitatem pœnalior mortis concludit necessitas? cui esse momentum, vita naufragium, mundus exilium : cui vita aut abest, aut spondet absentiam; mors aut instat, aut minatur instantiam. Cass.

DEL SOSPETTO.

Suspicio est opinio mali ex levibus signis. Thom.

Il *sospetto*, opinione, credenza svantaggiosa, accompagnata da dubbio, è soventi volte ingiusto, temerario, ingiurioso e mal fondato.

Il sospetto manifesto rende più pericolose le persone su cui cade con giustizia.

Usasi la parola *sospetto* anche per significare una semplice congettura, una semplice opinione che taluno ha intorno a qualche cosa, indipendentemente dal bene o dal male.

Per parte di chi concepe il sospetto, questo suole impadronirsi o delle anime naturalmente vili, o di coloro che abbian troppo sperimentato la malvagità degli uomini. Ma quando il sospetto occupa universalmente gli animi di una nazione; è il più sicuro indizio della propria depravazione e sciagura.

Sicut difficile aliquem suspicatur malum, qui bonus est: sic difficile aliquem suspicatur bonum, qui ipse malus est.
Chrys. *super Matth.*

Omnis bono ex se aestimat alterum: fornicarius neminem putat castum, castus de fornicario non facile suspicatur: superbus neminem putat humilem, humilis neminem putat esse superbum: sic qui non est ex Deo sacerdos, neminem putat sacerdotem ex Deo. Chrys.

Facilius vitia uniuscujusque quam virtutes intendimus: nec quid boni quisque gesserit, agnoscere, sed quid mali egerit perscrutamur.
Isid. *lib.* 3. *de summ. bon.*

Fidelem si putaverit, facile quidem fallere docuerunt, dum timent falli, et illius peccati occasionem suspicando fecerunt.
Senec. *epist.* 2.

Hoc habet omnis affectus: ut in quod ipse insanit, in idem putet caeteros insanire. Senec. *lib. de moribus.*

DELLA TACITURNITA'.

Taciturnitas in dicendis, et locutio in tacendis est peccatum. Thom.

La *taciturnità* è l'opposto del parlare.

Colui che tace per modestia o per dovere è *silenzioso;* ma chi tace per isdegno, per umore, e di cui l' esteriore annunzia il tetro dell' animo, costui è *taciturno.*

Così la taciturnità non fosse anche indizio di vendetta!

Quamplures vidi loquendo in peccatum incidisse, vix quemquam tacendo: ideoque tacere nosce difficilius est, quam loqui. Scio loqui plerosque, cum tacere nesciant. Rarum est tacere quemquam, cum sibi loqui nihil prosit: sapiens est ergo qui novit tacere. Ambr. *lib. de offic.*

Silendi patientia, opportunitas loquendi, et contemptus divitiarum, sunt maxima fundamenta virtutum. Ambr.

Diu considera quid loquendum sit; et, adhuc tacens, provide ne quid dixisse poeniteat. Sapiens ut loquatur, multa prius considerat: quid, aut cui, quo loco, vel tempore dicat. Hier. *in epist.*

Plerumque nimis taciti, quum injuste aliqua patiuntur, eo in acriorem dolorem prodeunt: vulnera quippe clausa plus cruciant; quia, quum putredo, quae intus fervet, ejicitur, ad salutem dolor aperitur. Greg. *in past.*

Sancti viri, quum prodesse audientibus nequeunt, etiam despici tacentes volunt. Greg. *in homil.*

Quasi quoddam nutrimentum verbi et censura silentii: et recte quandoque excrescentiam sermonis accipit, qui prius ordinate per humilitatem tacet. Greg. *in Ezech.*

Sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore reliquit. Greg. *in past.*

Utinam recedendo vel tacendo compesceret, quos respondendo non potuit; quia malitia non docetur sermonibus, sed excitatur: unde malum hominem tacendo melius, quam respondendo vincere potes. Chrys. *sup. Matth. cap.* 21.

Et loqui, et tacere, perfectio est. Est autem utriusque partis, causa, verborum tenuisse mensuram. Aliquoties nimia taciturnitas stultitiae adscribitur, sicut verborum nimietas ad furorem refertur, secundum illud sapientis: Est tacens non habens sensum loquelae, et est tacens sciens temporis: de qua re si nostri sententiam requiras arbitrii, jam male aliquis in tacendo stultus, quam nimium loquendo judicetur insanus. VAL. *episcop. in serm.*

Hirundinem in domo non suscipiendam, id est garrulos et verbosos sub eodem tecto non habendos, dicebat Aristoteles.

HIERON. *lib.* 2. *contra Ruffinum.*

Haec regalis proculdubio virtus: celerius necessaria sentire, et tardius in verba prorumpere: nescit enim pœnitenda loqui, qui proferenda suo prius tradit examini. CASS. *lib.* 3.

Pytagoras, discipulis advenientibus, prius legitur tacendi patientiam, quam loquendi monstrasse doctrinam; et sic incipientem, quemque inter disputantium coaetaneorum cathedras mutuum sustinuisse quinquennium, ut etiam celeriora quorumpiam ingenia non liceret ante laudari, quam deberent agnosci. Quia, donec scientiam non combiberis, non major est gloria dixisse quod noveris, quam siluisse quod nescias. SIDON. *epist. lib.* 7.

Pythagoras hanc in studiis suis consuetudinem servasse legitur, ut usque ad septennium, juxta numerum septem liberalium artium, nullus discipulorum suorum de his, quae ab ipso dicebantur, rationem poscere auderet, sed finem dare verbis magistri, quousque omnia audivisset. Scholares vero nostri, aut nolunt, aut nesciunt modum congruum in discendo servare, et idcirco multos studentes, paucos sapientes invenimus. HUG. *in didascalicon. lib.* 3.

DELLA TEMERITA'.

Temeritas inscitiae foetus. Greg.

La *temerità* è l'ardire imprudente e sconsiderato. Prendesi talvolta per *coraggio*; ma in tal caso vi s' aggiugne un epiteto d'elogio, come *nobile*, *lodevole*, ec.

Non vuolsi mai entrare in una carriera senza aver prima consultate bene e le proprie facoltà personali, ed i soccorsi che potremo avere, e la natura degli ostacoli che ci si potrebbero attraversare, ed i mezzi che sarà d' uopo opporre a siffatti ostacoli per riuscirne vittoriosi.

Ma la temerità non considera nessuno di questi oggetti: essa entra per lo contrario nella carriera senz'averne considerata nemmanco l'estensione: quindi si trova in balia del caso; ed è ben naturale che non ne raccolga altro frutto che vergogna. Con quale temerità non iscorgiamo noi taluni accettare o sollecitare pubblici impieghi, ai quali sono inetti? Ove non ne ridondasse che il solo ridicolo della loro sconsideratezza, l'inconveniente non affliggerebbe alcuno; ma il male si è che tutto ciò che dipende da siffatto impiego, ed ogni cosa che vi abbia connessione, ne debbono risentire.

Temeritas est, quando quis ira percitus conviciatur, modo qui neminem decet; aut seipsum ulciscitur, aut aliquo pacto injuste quicquam audet. Chrys. *in ep. ad Philip. homil.* 5.

DELLA TEMP RANZA.

Temperantia, maxime honesti cura, decoris consideratio, spectatur et quaeritur.
Aug. lib. de mor. eccl.

La *temperanza* è una virtù morale, la quale regola, modera le passioni ed i desiderj, e particolarmente i desiderj sensuali.

Intendesi per *temperanza* la cosa medesima ad un di presso che s'intende per *sobrietà*; la temperanza è quindi, propriamente parlando, quella virtù che pone un freno alla golosità ed alla incontinenza.

Ritenendo l'idea generale, è la temperanza una virtù sì necessaria alla vita che senza di essa ci fuggon davanti gli stessi piaceri, e succede la noia, la malinconia e talvolta il suicidio. Oltrechè la temperanza può dirsi la madre della vita civile e privata. Basta dimenticarla un poco per risentire le triste conseguenze nella parte fisica del corpo e della economia, e vie più nella parte morale per lo giudizio del Pubblico.

Minus temperantiae est in coercendi sedandisque cupiditatibus; quibus contrariamus in ea, quae nos avertunt a legibus Dei, et a fructu bonitatis ejus, cujus officium est contemnere omnes corporeas illecebras, laudemque popularem. Aug. *de morib. eccl.*

Vir temperatus in rebus hujus vitae habet regulam utroque Testamento confirmatam, ut eorum nihil deligat, nihil per se appetendum putet. Aug.

Qui acceptis rebus non extollitur, qui eas ad usum vanae gloriae non intorquet, qui solus possidet quod accepit, sed hoc indigentibus misericorditer dividit, scit abundare. Qui acceptis alimentis non ad ingurgitationem ventris utitur, sed ad reparationem virtutis, nec plus carni tribuit quam necessitas, petit, scit satiari. Qui autem alimentorum inopiam sine murmuratione tolerat, nec pro necessitate victus agit aliquid, unde anima laqueum peccati incurrat, scit esu-

rire. Quum vides divitias, aut gloriam, aut mundanam potentiam, considera labilitatem ipsorum,et illecebram effugies. Ambr. *de offic.*

Si omni peccato vis esse superior, res alienas ne curiose inquirito: multa enim in te sunt de quibus alium suspectum habes. Feliciter agentes ride, infelicibus vero condole: alterum enim felicitatis merces est, alterum vero philosophiae est documentum. Ambr.

Ubi vera temperantia, nisi in Christi vita? soli temperantes dicendi sunt, qui ejus vitam imitari student. Incassum quis laborat in acquisitione virtutum, si aliunde eas sperandas putat quam a Domino virtutum, cujus doctrina seminarium prudentiae, misericordia opus justitiae, vita speculum temperantiae, mors fortitudinis insigne.

Bern. *sup. cant. ser.* 23.

Temperantia facit abstinentem, parcum, sobrium, moderatum, pudicum, tacitum et verecundum. Haec virtus, si in animo habitat libidines frenat, affectus temperat, desideria sancta multiplicat, vitiosa castigat, omnia intra nos confusa ordinat, cogitationes pravas removet, scientiam inserit, ignem libidinosae voluptatis extinguit, mentem placida tranquillitate componit, et totam ab omni semper tempestate vitiorum defendit. Prosper. *de vita contemplat.*

Satius est temere mittere lapidem, quam verbum; pessima res est omnibus servire cupiditatibus. Attendamus nobis ipsis, et alios non reprehendemus: multa enim in nobis sunt, propter quae alios carpimus. Nilus *in sententiis.*

Cohibe oculum: cum enim non attenderis, circumvolvitur. Parce utere lingua: saepe enim profert, quae melius fuisset celari. Solum quantum indiget impende: delicate vivere ne eligas, amorem enim hujus vitae conciliat; inimicitia autem adversus Deum ex utroque nascitur: adversare in vita gaudium; ipsum enim lubricum est, praecipitat exultantes. Nilus *in sententiis.*

DEL TEMPIO.

Templa manu facta non inhabitat Deus, quasi iis concludi possit, vel illis indigeat, ut homo aedibus. 1. Reg. 8.

Tempio è ogni pubblico edifizio consacrato a Dio, o a ciò che gli uomini venerano come Dio. Moltiplicando gli ornamenti de' templi l' uomo si propose il rendere vie più maestosi i siti destinati ad adunare i Fedeli per inviare uniti al Cielo i voti loro. L'esterno apparato è sventuratamente necessario a colpire e muovere i sensi; e da questo effetto ne ridonda una più prossima disposizione dell'animo allo innalzarsi agli oggetti spirituali.

Sanctum est templum tuum, mirabile in aequitate. Psal. 64.

Nescitis quia templum Dei estis, et spiritus Dei habitat in vobis? 1. Corinth. 3.

Jam non estis hospites et advenae, sed estis cives Sanctorum, et domestici Dei, superaedificati super fundamentum Apostolorum et Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Jesu. In quo omnis aedificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino, in quo et vos coaedificamini in tabernaculum Dei in Spiritu sancto. Ephes. 2.

Deus qui fecit mundum, et omnia quae in eo sunt, hic cœli et terrae cum sit Dominus, non in manu factis templis habitat. Act. 17.

Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. 1. Cor. 3.

An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Jesus in vobis est, nisi forte reprobi estis. 2. Cor. 13.

Facient mihi sanctuarium, et habitabo in medio eorum, juxta omnem similitudinem tabernaculi, quod ostendam tibi, et omnium vasorum in cultum ejus. Exod. 25.

Non facietis ita Domino Deo vestro: sed ad locum quem elegerit Dominus Deus vester venietis, et offeretis in loco illo victimas et holocausta. Deut. 12.

Stetit Salomon ante altare Domini. 3. Reg. 8.

Quis poterit praevalere, ut aedificet ei dignam domum? Si cœlum et cœli cœlorum capere eum nequeunt, quantus ego sum ut possim ei aedificare domum? Sed ad hoc tantum, ut adoleatur incensum coram illo. 2. PARAL. 2.

Holocausta eorum et victimae placebunt mihi super altari meo, quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis. ESA. 56

Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. PSAL. 5.

Introibo in domum tuam in holocaustis. PSAL. 65.

Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, et appropinqua ut audias. ECCLES. 4.

Quia domus mea deserta est, et vos festinastis unusquisque in domum suam: propter hoc super vos prohibiti sunt cœli ne darent rorem, et terra prohibita est ne daret germen suum. ECCLES. 4.

Salvator Jesus cum esset duodecim annorum, in templo sedens in medio doctorum, inventus est: ibique frequenter docuit. LUC. 2.

Et sanctuarium meum metuite, ego Dominus. LEVIT. 19.

Numquid spelunca latronum facta est domus ista, in qua invocatum est nomen meum in oculis vestris? JEREM. 7.

Propter malitiam adinventionum eorum de domo mea ejiciam eos OSE. 9.

Intravit Jesus in templum Dei, et ejiciebat omnes vendentes et ementes in templo, et mensas numulariorum, et cathedras vendentium columbas evertit, et dicit eis: Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum.

MATTH. 21. MARC. 11. LUC. 19.

DEL TEMPO.

Tempus est in primo motu coeli, et sicut in subjecto et primo mensurato. Thom.

Il *tempo* è la successione de'momenti, i quali sono essi medesimi la misura della durata delle cose.

Per misurare questa durata, il tempo dividesi per secoli, anni, mesi, settimane, giorni di ventiquattr' ore, minuti e secondi.

Il tempo ha incominciato in relazione agli esseri ed alle cose create, e durerà eternamente per gli esseri spirituali che hanno ricevuto il soffio dalla Divinità.

Rispetto all' Essere increato, non v'ebbe mai cominciamento di tempo, perchè esiste necessariamente da tutta l'eternità.

Il tempo, propriamente detto, è lo spazio della nostra vita, ma questo spazio non è nemmeno un lampo, qualora si raffronti la sua durata coll'eternità.

Fatta maturamente, questa riflessione dovrebb'essere un freno delle passioni; oltre di che il tempo non ci è dato per altro che per farne buon uso rispetto alla posizione in cui la Provvidenza ci ha collocati. Noi dobbiam render conto a Dio, alla società di cui siam membri, a noi medesimi, a'nostri superiori ed a'nostri inferiori, dell'uso che facciamo del tempo; giacchè, qualunque siasi la rapidità con cui scorre, vuol essere però ben lungo per coloro i quali sono esposti a'rimorsi, all'onta ed alla tema degli sguardi altrui.

Omnia tempus habent, et suis spatiis transeunt universa sub cœlo Eccles. 3.

Omni negotio tempus est, et opportunitas, et multa hominis est afflictio. Eccles. 8.

Fili, conserva tempus, et devita a malo. Eccles. 4.

Priusquam moriaris, in amicum esto beneficus, et pro eo quod potes manum illi dando porrige. Eccles. 14.

Non defrauderis a die bono, et particula bonae diei non te praetereat. Eccles. 14.

Nemini mandavit impie agere, et nemini dedit spatium peccandi. Eccles. 15.

Videte, fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus. Ephes. 5.

Facto vespere dicitis: Serenum erit, rubicundum est enim cœlum. Et mane: Hodie tempestas, rutilat enim triste cœlum. Matth. 16.

Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quae pater posuit in sua potestate. Act. 1.

Inter temporalia et aeterna hoc interest, quod temporale plus diligitur antequam habeatur: vilescit autem cum advenerit. Non enim satiat animam, cui verax et certa sedes aeternitas. Æternum autem ardentius diligitur adeptum, quam desideratum. Nulli enim desideranti conceditur plus de illo aestimare quam se habet, ut ei vilescat quum minus invenerit: sed quantum quisque veniens estimare potuerit, plus perveniens inventurus est. Aug. *lib.* 1. *de doctr. christ.*

Discernendum est quid praecedat aeternitate, quid tempore, quid electione, quid origine: aeternitate, sicut Deus omnia; tempore, sicut flos fructum; electione, sicut fructus florem; origine, sicut sonus cantum. Aug. *in serm.*

Fallax in temporalibus bonis suavitas, labor et perpetuus timor, et periculosa jucunditas; initium sine providentia, et finis cum pœnitentia. Aug.

DELLA TENTAZIONE.

Tentatio mala a Satana proficiscitur Matth. 26. 41. Act. 5. 3.

La *tentazione*, movimento interno, in forza del quale taluno è inclinato e sollecitato a cose le quali per se medesime sono indifferenti, e talvolta ancora a cose nelle quali trovasi qualche inconveniente: dicesi, in materia di religione, di quel movimento intorno ch' eccita l' uomo al male, e che procede o da un qualche oggetto esterno, o dalla soggestione del Diavolo o dalla concupiscenza.

Non tentabis Dominum Deum tuum. Deut. 6. Matth. 4.
Tentavit Deus Abraham. Genes. 22.
Nunc cognovi quod timeas Dominum, et non pepercisti unigenito filio tuo propter me. Genes. 22.
Tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non. Deut. 13.
Quoniam Deus tentavit eos, et invenit illos dignos se. Sap. 3.
Qui non est tentatus, pauca novit. Eccles. 34.
Sic Job permisit tentari per Satan. Job. 1. et 2.
In quo exultatis nunc, ad breve tempus afflicti in variis experimentis. 2. Petr. 1.
Haec omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me Matth. 4.
Anania cur tentavit Satanas cor tuum, ut mentireris Spiritui sancto? Act. 5.
Fili, accedens ad servitutem Dei, ita in justitia et timore, et praepara animam tuam ad tentationem. Eccles. 2.
Propterea et ego, amplius non sustinens, misi ad cognoscendum fidem vestram, ne forte tentaverit vos is qui tentat, et inanis fiat labor noster. 1. Thess. 3.
Unusquisque tentatur, a concupiscentia sua abstractus et illectus. Jac. 1. Tentat seipsum. 2. Corinth. 13. 5. Tentat Christus hominem. Joan. 66. Saepius tentatus est a suis adversariis; ut Evangelistae testantur. Israelitae tentant Deum saepe in deserto. Homo tentat hominem, ut Salomon tentatus est a regina Sabae. 1. Reg. 10 1. Diabolus tentat Christum. Matth. 4. 1. Et homines. Act. 5. 3.

1. Cor. 7. 5. 1. Thess. 3. 5. Apoc. 3. 10. Tentatus est Christus. Heb. 2. 18. et 4. 15. Tentantur Christiani. 1. Cor. 10. 13. Gal. 6. 1. Heb. 2. 18. et 4. 16.

Vita nostra in hac peregrinatione non potest esse sine peccato, sine tentatione: quia profectus noster per tentationem nostram fit; nec sibi quisquam innotescit. nisi tentatus; nec potest coronari, nisi vicerit: nec potest vincere, nisi certaverit: nec potest certare, nisi inimicum et tentationes habuerit. Aug. *sap. psal.* 60.

Tamdiu Diabolus sopitum ignem sine ullis flammis occultat, donec duas facultates jungens simul ambas accendat, et tamdiu cessat saevitiae suae tale supponere, donec sicut peritus veniat, quod occisurus est laquei vinculis alliget. Aug. *de sign. cle.*

Tantum adnititur Diabolus tentare, quantum tibi prodest ut exercearis, ut proberis, ut qui te nesciebas, a teipso invenieris. Aug. *in psal* 61.

Duplicem aciem producit Mundus contra milites Christi: blanditur enim, ut decipiat: terret, ut frangat. Non nos teneat voluptas propria, non nos terreat crudelitas aliena, et victus est Mundus: ad utrosque aditus occurrit Christus, et non vincitur Christus. Aug. *in serm. S. Vincentii.*

Nondum quaero quid vivas, sed quaero quid credas? Responsurus es credere te in Christum. Nonne audisti Apostolum: Justus ex fide vivit? fides tua, justitia tua: quia utique si credis, caves; si autem caves, conaris: et conatum tuum novit Deus, et voluntatem tuam inspicit, et luctam cum carne considerat, hortatur ut pugnes, adjuvat ut vincas: certantem inspectat, et deficientem sublevat, et vincentem coronat. Ergo exultate, justi, in Domino. Hoc dixerim, exultate fideles in Domino; quia justus ex fide vivit. Aug. *in psal.* 32.

Bonus si fuerit qui tibi praeest, nutritor tuus est: malus si fuerit, tentator tuus est: et nutrimenta libenter accipe, et in tentatione approba te. Aug. *de verb. Domi. ser.* 6.

Nulla mens est, nulla anima, quae non recipiat etiam malarum motus agrestes cogitationum. Amb. *in lib. de Noe.*

Tentamenta tua, si ad te respicias, grandia sunt; si ad bellatorem fortissimum, ludus et umbra certaminis. Nemo miles cum uxore pergit ad bellum. Amb. *in quadam epist.*

Deus ipse omnium rector ac dominus, cum omni Angelorum militia certamen tuum expectat, tibique contra Diabolum dimicanti parat aeternitatis coronam. Amb.

Dum parvus est hostis, interfice, ut nequitia elidatur in semine. Hier. *in epist.*

Praeceps anima, dum ante non prae videt, ne incaute videat quod concupiscat, caeca postea incipit considerare quod vidit: sanctus vir, ut cogitationes caste desiderare posset, foedus cum oculis pepigit, ne prius incaute respiceret quod postmodum invitus amaret. GREG. *in moral.*

Valde namque est, quod caro deorsum trahit, et semel species formae, cordi per oculos illigata, vix magni luctaminis luctu solvitur. Ergo quaenam lubrica in cogitatione versentur providendum nobis est, quia intueri non debet quod concupisci non licet. GREG.

Multos sua pejus felicitas stravit, multos diuturna pax victos reddidit, eoque illos inopinatos hostis gravius perculit, quo longo quietis usu negligentes invenit. Unde sancti viri, quum multa se proficere virtutum prosperitate considerant, quodam supernae dispensationis moderamine exerceri se etiam tentationibus exultant: quia tanto robustius acceptam virtutum gloriam custodiunt, quanto, tentationis impulsu concussi, infirmitatem suam humilius agnoscunt. GREG.

Plerumque, qui plus in contemplatione rapitur, contingit ut amplius in tentatione fatigetur; sicut quibusdam saepe contingere bene proficientibus solet, quorum mentem, dum aut compunctio mentis afficit, aut contemplatio super semetipsam rapit, statim etiam tentatio sequitur: ne de his, ad quae rapta est, extollat. GREG. *homil.*2.

Hostis noster, quanto magis nos sibi rebellare conspicit, tanto amplius expugnare contendit: eos enim pulsare negligit, quos quieto jure se possidere sentit. GREG.

Si tentationi in corde nascenti festine non resistitur, eadem, qua nutritur, hora roboratur et existens fortis in operibus vix praevalet, quia ipsam intus membrorum dominam mentem captivam tenet. GREG. *in past.*

Humanum est in corde tentationem perpeti: daemoniacum vero est, in tentationis certamine et in operatione superari. GREG.

Ibi inimicus disciplinam ponit, ubi semitam mentis esse conspicit: quia illic periculum deceptionis inserit, ubi viam esse propinquae invenerit cogitationis. GREG. *in mor.*

Hostis nostre malitia tanta arte se palliat, ut plerumque ante deceptae mentis oculos culpas virtutes fingat, ut inde quisque quasi expectet praemia, unde aeterna dignus est invenire tormenta. GREG.

Sicut saepe tentatio per oculos trahitur, sic nonnunquam concepta intrinsecus compellit sibi extrinsecus oculos deservire. GREG.

Quis sit spiritus, qui loquitur, ipsa suggestio declarabit. Semper enim carnalis mollia, spiritus mundi vana, spiritus malitiae semper amara loquitur. GREG.

Antiquus hostis ex proprio certamine dum se succumbere considerat, ad alia tentationum bella restaurat, intuetur humani generis uniuscujusque mores, cui vitio sint propinqui, et illa opponit ante faciem ad quae facilius novit inclinare mentem. Greg.

Fratres, si modo praesentes videremus Adam in eo articulo positum, ascendentibus cogitationibus in cor ejus, et coarctari inter precem uxoris et praeceptum Creatoris, nonne clamaremus adversus eum dicentes: Cave tibi, miser: vide ne feceris: seducta est mulier: non acquiescas ei. Ut quid ergo, quoties apprehendit nos tentatio similis, non persuadeamus similiter nobis ipsis?

Bern. *in serm. omn. sanct.*

In tentationibus esto fortis: multos enim majorum nostrorum illae arguerunt. Nil. *in sent.*

Exire de carne, est, in corpore commorantes, vitia nostra cum carnis aculeis non sentire. Cass. *instit. mod.*

In primis gravis et intolerandus est impetus Diaboli. Quod si quis forti animo sustinuerit eum, quum sero venerit, inveniet Diabolum infirmiorem: quanto enim plus percussus fuerit, magis refrigescit. Chrys. *super Matth.*

Sicut caro, si sale non aspergatur, quamvis sit magna et praecipua, corrumpitur: ita et anima, nisi tentationibus assiduis saliatur, continuo resolvitur et relaxatur. Orig. *super li. Nume.*

Non desinit antiquus hostis tentationum laqueos ubivis praetendere, ut quoquo modo fidem credentium valeat corrumpere. Novit enim, cui illecebras carnis ingerat, cui virus invidiae infundat, cui incitamenta luxuriae apponat: novit, quem mœrore conturbet, quem gaudio fallat, quem metu opprimat, quem admiratione seducat: omnium discutit mores, omnium ventilat causas, omnium scrutatur affectus; et ibi quaerit nocendi, ubi viderit quemquam diligentius occupari. Leo Papa *in serm.*

Nulla sunt sine tentationum experimentis opera virtutis; nulla sine perturbationibus fides; nullum sine hoste certamen; nulla sine congressione victoria. Leo *ser.* 35.

Fili, accedens ad servitutem Dei, praepara animam tuam ad tentationem. Vir sapientia Dei plenus, sciens stadium religionis laborem habere certaminis, cum praevideret, pugnae periculum, ante admonuit pugnaturum, ne forsitan, si ad ignorantem tentator accederet, imparatum citius vulneraret. Leo.

Saepe antiquus hostis, postquam menti nostrae tentationum certamen inflixerit, ab ipso suo certamine ad tempus recedit, non ut il-

latae malitiae fidem praebeat, sed ut corda, quae per quietem secura reddidit, repente rediens facilius inopinate irrumpat.

BEDA, *super Lucam.*

Ad magnam utilitatem fidelium materia est servata certantium, ut non superbiat sanctitas, dum pulsatur infirmitas.

PROSP. *de vocatione gentium, lib.* 1.

Diabolus, quando decipere quemquam tentat, prius naturam uniuscujusque intendit, et inde se applicat, unde aptum hominem ad peccandum aspicit: blandis et lenibus moribus, saepe luxuriam aut vanam gloriam proponit: asperis vero mentibus, iram et superbiam cum crudelitate. HUG.

Quatuor sunt causae tentationum. Prima est, loci amœnitas: ut civitates et oppida; quae non tantum ex situ loci amœnitatem recipiunt, sed ex inhabitantium gratia. Secunda vero causa est, locus divitiarum: ubi enim divitiae, ibi periculum. Tertia vero causa est, pretiosus ornatus: ut est equorum cura pinguium, et vestimentorum exquisitae varietates. Quarta autem, mulierum species, quarum vox blanditur auribus et facies oculis. HUG. *de claustro anim. lib.* 2.

Audiant igitur haec, ut sibi caveant illi, qui loculos portant, qui pecunias servant, qui nundinas et fora pro necessitatibus fratrum frequentant, qui secularium domus et curias perlustrant: devitent igitur hujusmodi fratres solarium Bersabeae, bivium Tamar, thalamum Amnon: devitent personas infames, hospitia suspecta, munus clam dare et accipere, pecuniam plurimam congregare, ne in ipsa laqueus lateat, in quo cum alio, scilicet Juda, pereant. HUG.

DEL TESTAMENTO.

Testamentum novum a Christo sancitum. Heb. 8. 6.

Il *testamento* è un atto autentico col quale taluno dichiara l'ultima sua volontà. Il diritto di far testamento è fondato su'diritti della natura e delle genti, e dovette aver luogo ovunque v'ebbe divisione di terreni.

I testamenti son ricevuti in generale da pubblici ufficiali che chiamansi Notaj. Si fanno *testamenti* anche da'privati. Diconsi *olografi*, e valgono, purchè vi siano osservate le formalità prescritte dal legislatore.

Dedit Abraham cuncta quae possederat Isaac: filiis autem concubinarum largitus est munera; separavit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc viveret. Genes. 25.

Finitis mandatis, quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectum, et obiit. Genes. 47.

Sic Tobias, cum putaret orationem suam exaudiri ut moreretur, vocavit ad se filium suum, dicens: Audi, fili mi, verba oris mei, eaque in corde tuo, quasi fundamentum, repone. Tob. 4.

Filio et mulieri, fratri et amico non des potestatem super te in vita tua: non dederis alii possessionem tuam, ne forte te poeniteat, et preceris pro illis. Eccles. 33.

In die cousummationis dierum vitae tuae, et in tempore exitus tui, distribue haereditatem tuam. Eccles. 33.

Fratres, secundum hominem dico, tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat. Galat. 3.

DEL TESTIMONIO.

In judicio testis singulus non sufficit, teste enim uno, nemo occidendus est. NUM. 35.

La *testimonianza* è la relazione d' uno o di più testimonj intorno ad un fatto, sia a viva voce, sia per iscritto.

Per essere in istato d' attestar un fatto è mestieri averne un' intiera conoscenza; ed una tal conoscenza s' acquista in due maniere: cioè, o perchè il fatto e avvenuto alla presenza nostra, mentre noi gli presentavamo attenzione; o perchè abbiamo potuto esaminare le prove atte a contestarlo.

Oltre la capacità nel testimonio, e necessario che abbiano tutta la buona volontà di non ingannarci. Il mentir per mercede o per altre passioni il tradire la verità insomma è tradire la propria natura di uomo; il che equivale ad essere il più vile della gente, vile anche in faccia a se stesso. Ma v' è troppo a compiangere la società quando la testimonianza di una turba fanatica ed ignorante trovi accoglienza.

TRES testes unum sunt, sicut Joannes dixit: Aqua, sanguis, et spiritus. Unum in mysterio, non in natura. Aqua igitur testis est sepulturae, sanguis vero testis est mortis, spiritus testis est vitae. Si qua ergo in aqua gratia, non ex natura aquae, sed ex praesentia spiritus est. AMBR. *de spiritu sanct. lib.* 1.

Duobus aut tribus testibus stat omne verbum; sed illis testibus; qui, ante diem hesternum, aut nudiustertius, non fuerunt inimici, ne irati nocere cupiant, ne laesi ulcisci se velint. Inoffensus igitur affectus testium quaeritur: ita tamen, ut accusator proprius in medium procedat. AUG. *epist.* 66.

Testibus falsis conjunctis, tarde mendacii falsitas reperitur; quod, si separati fuerint, examine judicis cito manifestantur: nam sicut in unitate pravorum grandis est fortitudo; ita in separatione major infirmitas. ISID. *de sum. bon. lib.* 3.

Si quis ea, quae videt in proximi sui delicto, vel non indicat, vel in testimonium vocatus, non quae vera sunt, dixerit, peccatum, quod commisit ille qui celat, ipse suscipiet, et poena commissi revertitur ad conscium. ORIG. *super Levit.*

DEL TIMORE.

Deum time, et mandata ejus observa. Eccles. 12.

La *timidezza* è una qualità opposta alla nobile sicurezza, la quale sparge sull' esteriore della persona un visibile imbarazzo.

Primo effetto della timidezza si è il far svanire tutte le grazie del discorso e delle maniere. Talvolta essa nasce da difetto di coraggio o da sentimento della propria insufficienza; talvolta procede dal rispetto che incute un gran personaggio; talora da'pregiudizj d'una educazione che ha spinti oltre i limiti ragionevoli de' precetti della modestia. Talvolta è prodotta dalla vanità: vale a dire che il desiderio di distinguersi, ed il timore di non conseguire il propostosi oggetto, possono nel momento far un contrasto che impedisca la manifestazione delle idee, e turbi pur anco il contegno della persona. Soventi volte ancora la timidezza è l' effetto naturale o d'un torto che taluno abbia realmente, o del male che può fare un uomo possente ed ingiusto.

Può ancora la timidezza essere semplicemente considerata come una qualità pregevole, nel caso in cui un onest'uomo trovisi ridotto a chiedere soccorso a' proprj bisogni, od a denunziare per indispensabili motivi i torti altrui.

Nolite timere: ut enim probaret vos, venit Deus: et ut terror illius esset in vobis, et non peccaretis. Exod. 20.

Dominum Deum tuum timebis. Deut. 6. et 10.

Unus est Altissimus, creator omnium, omnipotens et metuendus nimis. Eccles. 1.

Dominum exercitium ipsum sanctificatae: ipse pavor vester, et ipse terror vester, et erit vobis in sanctificationem. Esa. 8.

Audite qui longe estis, quae fecerim, et cognoscite vicini fortitudinem meam. Conterriti sunt in Sion peccatores, possidebit timor hypocritas. ESA. 33.

Me non timebitis, ait Dominus. JEREM. 5.

Recesserunt et abierunt, et non dixerunt in corde suo: Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluviam temporaneam, et serotinam in tempore suo, plenitudinem annuae messis custodientem nobis. JEREM. 5.

Si Dominus ego sum, ubi est timor meus? MALACH. 1.

Timete eum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. MATTH. 10.

Ostendam vobis quem timeatis: timete eum, qui, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. LUC. 12.

Noli altum sapere, sed time. ROM. 11.

Timeamus ergo, ne forte, relicta pollicitatione introeundi in requiem ejus, existimetur aliquis ex vobis deesse. HEB. 4.

Timete Dominum, et date illi honorem. APOC. 14.

Quis non timebit te, Domine rex seculorum? APOC. 14.

Timete Deum, et servite ei perfecto corde, atque verissimo. JOSUE 24.

Servite Domino in timore, PSAL. 2.

Fuerunt igitur gentes istae timentes quidem Dominum, sed nihilominus Idolis suis servientes. 2. REG. 17.

Time Dominum, et recede a malo. Sanitas quippe erit umbilico tuo, et irrigatio ossibus tuis. PROV. 3.

Qui timet Deum, nihil negligit. ECCLES. 7

Timor Domini expellit peccatum. ECCLES. 1.

Qui timetis Dominum, credite illi: et non evacuabitur merces vestra. ECCLES. 2.

Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius. Qui timent Dominum, inquirent quae beneplacita sunt illi. Qui timent Dominum, praeparabunt corda sua, et in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent Dominum, custodient mandata illius, et patientiam habebunt usque ad circumspectionem illius. ECCLES. 2.

Timuerunt me mandato hominem et doctrinis. ESA. 29.

Dabo eis cor unum et viam unam, ut timeant me universis diebus, et bene sit eis, et filiis eorum post eos. JEREM. 32.

Quis similis tui in fortibus, Domine? quis similis tui? Magnificus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis, faciens mirabilia? EXOD. 15.

Noli timere, fili mi, pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, et recesserimus ab omni peccato, et fecerimus bene. Tob. 4.

Timor Domini, ipsa est sapientia; et recedere a malo, intelligentia. Job. 28.

Timete Dominum, omnes Sancti ejus. Psal. 34.

Timor Domini gloria et gloriatio, et laetitia, et corona exultationis. Eccles. 1.

Timenti Dominum non occurrunt mala, sed in tentatione Deus illum conservabit, et liberabit a malis. Eccles. 33.

Salus erit timentibus nomen Domini. Mich. 5.

Orietur vobis, timentibus nomen meum, sol justitiae, et sanitas in pennis ejus, et egrediemini, et salietis sicut vituli de armento. Malach. 4.

Misericordia ejus a progenie in progenies, timentibus eum. Luc. 1.

Qui timent pruinam, irruet super eos nix. Job. 6.

Illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor. Psal. 14.

Qui timet hominem, cito corruet. Proverb. 29.

Sicut ornatus arenosus in pariete limpido, et sicut paleae in excelsis, et caementa sine impensa posita contra faciem venti, non permanebunt: sic cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris non resistet. Eccles. 22.

Noli timere accipere Mariam conjugem tuam. Matth. 1.

Dico vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, et post haec non habent amplius quid faciant. Luc. 12.

Quis est, qui vobis noceat, si boni aemulatores fueritis? Timorem eorum ne timueritis, et non conturbemini. 1. Petr. 3.

Firmamentum est Dominus timentibus eum. Psal. 25.

Ne paveas repentino terrore, et irruentes tibi potentias impiorum: Dominus enim erit in latere tuo. Proverb. 3.

Servus meus es tu: ne timeas, quia ego tecum sum. Esa. 41.

Ne timeas a facie eorum, quia tecum ego sum, ut eruam te, dicit Dominus. Jerem. 1.

Si Deus pro nobis, quis contra nos? Rom. 8.

Quando timore poenae, non amore justitiae, fit bonum, nondum bene fit bonum; nec fit in corde, quod fieri videtur in opere, quando mallet homo non facere, si posset impune. Aug. *cont. Pelag. lib.* 2.

Quid timet hominem homo in sinu Dei positus? Tu de illius sinu noli cadere: quicquid ibi passus fueris, ad salutem valebit, non ad perniciem. Aug. *de verb. Dom.*

Timor praesens securitatem generat sempiternam. Time Deum, qui super omnes est, et hominem non formidabis.

Aug. *super psalm.*

Timor Dei corrigit, timor hominum differt actione, sed voluntatem non aufert, sed avidiores reddit ad crimen, quod aliquando suspendit a crimine. Hier. *super Matth.*

Qui Deum timet, nihil negligit: timere Deum est, nulla quae facienda sunt bona praeterire. Greg.

In via Dei a timore incipitur, ut ad fortitudinem veniatur: nam, sicut in via seculi, audacia fortitudinem gignit. Greg.

Quum quis in timore adhuc bona agit, a malo penitus non recessit: quia eo ipso peccat, quod peccare vellet, si inulte potuisset.

Greg.

Nullum genus mortis bono et recte viventi metuendum est. Greg.

Si adhuc a prava actione formidata pœna prohibet, profecto formidantis animum nulla spiritus libertas tenet; nam et si pœnam non metueret, culpam proculdubio perpetraret. Greg. *in pass.*

Ignorat itaque gratiam libertatis quem ligat servitus timoris.

Noveris te, ut Deum timeas; noveris ipsum, ut aeque ipsum diligas: in altero initiaris ad sapientiam, in altero consummaris; quia initium salutis timor Domini, et plenitudo legis est charitas. Quemadmodum ex notitia tui venit in te timor Dei, atque ex Dei notitia; Dei itidem amor sic e contrario de ignorantia tui superbia, et de Dei ignorantia venit desperatio. Bern. *super cant. serm.* 17.

Deum time, et mandata ejus observa; hoc est omnis homo: ergo si hoc est omnis homo, absque hoc nihil est homo. Bern. *serm.* 20.

Fugit ovis tremebunda veniente lupo: abscondit se columba tremens accipitre viso: de caverna mus exire non audet esuriens, ambiente cato; et tu, videns furem, currebas cum eo. Bern. *epist.*

Facile deviat a justitia, qui in causis non Deum, sed homines pertimescit: hic timor peccandi facultatem differre potest, voluntatem auferre non potest; solus est Dei timor, qui mentes corrigit, fugat crimina, innocentiam servat, et omnibus bonis tribuit facultatem. Chr. *in serm. de Joan. Bap.*

Principium nostrae salutis sapientiaeque, secundum Scripturas, timor Domini est. De timore Domini nascitur compunctio salutaris. De compunctione cordis procedit abrenuntiatio, id est nuditas et contemptus omnium facultatum. De nuditate humilitas procreatur. De humilitate mortificatio voluntatum generatur. De voluntatum mortificatione exstirpantur atque arescunt universa vitia. Vitiorum expulsione virtutes fructificant, atque succrescunt. Virtutum pullula-

tione puritas cordis acquiritur. Per cordis puritatem apostolicae charitatis profectio possidetur. Cass. *de inst. mon. lib.* 4.

Si amor Dei te tenere non potest, saltem teneat et terreat timor judicis, metus gehennae, laquei mortis, dolores inferni, ignis urens vermis corrodens, sulphur fœtens, flamma tartarea, et omnia mala. Hugo. *lib.* 3. *de anima.*

Brevis et plena commonitio, qua Domino amabili de timore servitur. Nam sicut remissa securitas culpas admittit, ita timor desiderabilis delicta semper excludit. Cass. *in psal.*

Humanus timor diffidentiam tribuit : divinus autem spei firmamenta concedit. Cass. *in psalm.* 24.

DELLA TRISTEZZA.

Tristes solandi. Prov. 31. 6.

La *tristezza*, afflizione, dispiacere cagionato da un qualche disastroso accidente, è il profondo sentimento d'un dolore o d' una pena la quale cagiona più abbattimento che agitazione, e che ci rende insensibili a tutti gli oggetti i quali, in altri istanti, avrebbero potuto commuoverci in una maniera piacevole.

È pure un bene la tristezza poichè viene quasi a spiritualizzare ogni nostra sensazione, e ci fa scoprire il giusto prezzo che devesi accordare alle cose di questo mondo. È pure un male quando sia ritegno al bene che potremmo fruttare a noi e agli altri.

Poco conto hassi a fare di chi non si attrista alle altrui sciagure e malvagità: nullo di chi trascende in male opere, e ride.

Nam contristabit justum, quicquid ei acciderit. Prov. 12.

Noli esse pusillaninis in animo tuo. Eccles. 7.

Tristitiam non des animae tuae, et non affligas temetipsum in consilio tuo. Eccles. 30.

Tristatur aliquis vestrum? oret: aequo animo est aliquis? psallat. Jacob. 5.

Moeror in corde viri humiliabit illum, et sermone bono laetificabitur. Prov. 12.

Spiritus tristis exsiccat ossa. Prov. 17.

Sicut tinea vestimento, et vermis ligno; ita tristitia viri nocet cordi. Prov. 25.

Date siceram moerentibus, et vinum his qui amaro sunt animo. Prov. 31.

Summa plaga est moeror animi Eccles. 25.

Tristitiam longe expelle a te. Multos enim occidit tristitia, et non est utilitatis in illa. Eccles. 30.

A tristitia festinat mors, cooperit virtutem, et tristitia cordis flectit cervicem. In abductione permanet tristitia. Eccles. 38.

Ne dederis tristitiae cor tuum, sed repelle eam a te. Eccles. 38.

DELLA TIRANNIA.

Tyrannorum furorem fugere licet. Exod. 1. 25.

La *tirannia* è un dominio usurpato ed illegale; essa dicesi ancora d' ogni maniera di oppressioni e di violenze. Questa parola impiegasi pure per dinotare il governo d'un principe legittimo, ma ingiusto e crudele.

Cunctis diebus suis impius superbit, et numerus annorum incertus est tyrannidis ejus. Sonitus terroris semper in auribus illius: et, cum pax sit, ille semper insidias suspicatur. Non credit quod reverti possit de tenebris ad lucem, circumspectans undique gladium. Cum se moverit ad quaerendum panem, novit quod paratus sit in manu ejus tenebrarum dies. Terrebit eum tribulatio, et angustia vallabit eum. Job. 15.

Aufer rubiginem de argento, et egredietur vas purissimum. Aufer impietatem de vultu Regis, et firmabitur justitia thronus ejus. Prov. 25.

Leo rugiens, et ursus esuriens, Princeps impius super populum pauperem. Prov. 28.

In multiplicatione justorum laetabitur vulgus; cum impii sumpserint principatum gemet populus. Prov. 29.

Oportebit enim illis sine excusatione quidem supervenire interitum exercentibus tyrannidem. Sap. 16.

DELL' USURA.

Pecuniam tuam non dabis ad usuram. Levit. 25.

Usura, in giurisprudenza, significa l'interesse del denaro; e nell'uso ordinario venne ristretto all'interesse illegale ed al profitto illegittimo che si esige d'un denaro o d'una mercanzia prestata.

L'usura secondo le leggi civili, è un delitto contro al quale esse pronunziarono pene infamanti e pene afflittive.

Chiamansi pure, per estensione, *usuraj* coloro i quali fanno profitti illegittimi in ogni genere, o che trafficano delle sciagure altrui per aumentare le proprie ricchezze.

Usura ed evarizia non vanno scompagnate. Or vedesi che stima abbiasi a fare di queste due pesti della società L'usuraro è un civile assassino che non teme il rigor delle leggi.

Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes.
Exod. 22.

Multi non causa nequitiae non foenerati sunt, sed fraudari timuerunt. Eccles. 29.

Si foeneraveris hominem id est, si mutuo dederis pecuniam tuam a quo plus quam dedisti expectes, non pecuniam solam, sed aliquid plus quam dedisti, sive illud triticum sit, sive vinum, sive oleum., sive quodlibet aliud; si plus, quam dedisti, expectes accipere, foenerator es, et hoc improbandus, non laudandus. Aug. *super psalm.* 26.

Quid dicam de usuris, quas etiam ipsae leges et judices reddi jubent: an crudelior est qui subtrahit aliquid, vel detrahit diviti, quam qui trucidat pauperem foenore? Haec utrique atque hujusmodi male utique possidentur, et vellem ut restituerentur: sed non est quo judice repetantur. Jam vero prudenter intueamur quod scriptum est: fideli homini totus mundus divitiae sunt; infideli autem nec obulus. Nonne omnes, qui sibi videntur gaudere conquisitis, eisque uti nesciunt, alienum possidere convincimus? Hoc enim certe alienum

non est, quod jure possidetur. Hoc autem jure possidetur, quod juste: et hoc juste, quod bene. Omne igitur, quod mala possidetur, alienum est: male autem possidet, qui mala utitur. Aug. *ad Maced.*

Putant quidam, usuras tantum esse in pecunia ; quod providens divina Scriptura, omnis rei aufert superabundantiam ut plus non recipias quam dedisti. Item alii pro pecunia foenerata solent munuscula diversi generis accipere; et non intelligunt Scripturam usuram appellare et superabundantiam, quicquid illud est, si ab eo quod dederint, plus re acceperint. Hier. *super Ezech. lib.* 6.

Cur in fraudem convertis naturae industriam? cur affectas inopiam? cur optari facis pauperibus sterilitatem, fles publicam fertilitatem, explorans quando sterilior proventus?Hanc vocas industriam, quae est calliditatis versutia, fraudis astutia. Et quod tu remedium vocas, est commentum nequitiae. Latrocinium autem foenus appellem. Captentur tanquam latrocinii tempora, quibus in viscera hominum durus insidiator obrepas. Cui conditae frugis multiplicatur usura? quid imprecaris mala omnibus? lucrum tuum, damnum publicum. Amb. *lib.* 3. *offic.*

Plerique refugientes praecepta legis, cum dederint pecuniam negotiatoribus, non in pecunia usuras exigunt, sed de mercibus eorum tanquam usurarum emolumenta percipiunt. Ideo audiant quid lex dicat; neque, inquit, usuram escarum accipies. neque omnium rerum. Item: esca usura est, et vestis usura est, et quodcunque accedit sorti, usura est; et, quod velis nomen et imponas, usura est. Item, si quis instaurandum convivium putet, ad negotiatorem mittit ; ut absinthiaci cupellam deferat sibi gratis : ad cauponem dirigit , ut Picenum vinum, aut Tyriacum requirat: ad lanium, ut hillam sibi procuret: ad alium, ut sibi poma adornet. Amb.

Si quis usuram accipit, rapinam facit, vita non vivit.

Amb. *lib. de bono mortis*

Non ordinandos censemus illos, qui usuras accepisse convincuntur. Greg.

DELL' UTILITA'.

Ad utilitatem datur spiritus
1. *Cor.* 12. 7.

L' *utilità*, profitto, vantaggio, è il carattere d'ogni cosa da cui si trae servigio pe' bisogni o pegli affari.

Evvi pure un' utilità morale, ed un' utilità politica. La prima sta ne' precetti, nelle massime, negli atti e nelle maniere che tendono alla conservazione de' buoni costumi, e ad infrenar la licenza; la seconda si trova nelle leggi ne' regolamenti, e ne' mezzi che si riferiscono all' amministrazione dello Stato.

Soventi volte ciò ch'è utile non torna piacevole: la grand'arte consiste allora nel riunire l'uno e l'altro; ed allorchè questa unione non è possibile, è sempre mestieri sacrificare il piacevole all'utile.

Non vi mancano di filosofi e dei legislatori i quali nulla curando della giustizia intrinseca delle azioni, pongono il sugello a tutto ciò che ridondi in bene della massa, per iniquo che fosse. Ma così per lo più non si riguarda che al proprio interesse.

Communem utilitatem apud te universae multitudinis considera.
Macca. *lib.* 2. *cap.* 4.

Utilior est in conflictu lorica ferrea, quam stola linea, licet haec sit oneri, illa honori. Bern. *in serm.*

Haec dicta sunt de sermone, de virtute, de pecuniis, de omni dispensatione quae unicuique commissa est. Unumquemque enim ad communem utilitatem uti oportet his quae habet, sive sapientia, sive principatu, sive divitiis, non ac nocumentum conservorum. Chrys.

Commodum enim debet esse cum modo tantum: si mensuram aequalitatis excesserit, vim sui nominis non habebit.
Cass. *lib.* 2. *epist.*

DEL VERBO.

Verbum caro factum est, hoc est homo. JOAN. 1. 14.

Adoperato com'espressione teologica, il *Verbo* è un termine consacrato per indicare la seconda persona della SS. Trinità, incarnatasi per la redenzione del genere umano.

VERBUM, Λόγος, Dei filius, sermo, sapientia patris, seu patris interpres ille item de quo locutus est Deus, et quem Ecclesiae suae servatorem ac mediatorem promisit et exhibuit. JOAN. 1. 1.

Simul pluit Dominus super segetes et super spinas, sed segeti pluit ad horreum, spinis ad ignem, et tamen una est pluvia: sic verbum Dei omnes compulit, videat quisque qualem radicem habeat, videat quisque quo trahit pluviam bonam: si eam trahit, ut generet spinas numquid pluvia Dei accusanda est antequam veniat ad radicem? Dulcis est pulvia illa, dulce est verbum Dei, donec veniat ad cor malum. AUG. *de benedict. Esa. et Jacob.*

Custoditio verborum Dei intelligenda est operatione praeceptorum: frustra enim custodiuntur memoria, si non custodiuntur et vita: nam verba Dei tenendo agunt quidam ne obliviscantur, nec agunt vivendo ne corrigantur. AUG. *in psal.* 118.

Quid vobis plus esse videtur verbum Dei, aut corpus Christi? Si vultis verum respondere, hoc utique dicere debetis, quod non sit minus verbum Dei quam corpus Christi; et ideo non minus reus, qui verbum Dei negligenter audiverit, quam ille, qui corpus Christi in terram negligentia sua cadere permisit. AUG. *in quodam serm.*

Quisquis verbo Christi pascitur, terrenum pabulum non requirit. Nec enim potest panem seculi capere, qui pane reficitur Salvatoris. Negligit famem corporis, qui pabulo lectionis intendit; nec ventris curam habere poterit, qui alimentum cibi cœlestis acquirit; ipsa enim est omnium refectio, quae saginat animam, quae impinguat viscera, cum de divinis Scripturis cibum eloquii perennis accipimus.

AMBR. *in ser.* 40.

DELLA VERECONDIA.

Verecundia in mulieribus exigitur. 1. *Tim.* 2. 9.

La *verecondia* è la riservatezza nei modi, che pur dicesi della moderazione, della discrezione e della modestia; è una virtù che non saprebbesi di soverchio commendare particolarmente al sesso femminile.

Le donne e le zitelle sono principalmente tenute all' osservanza della verecondia, la quale deve apparire non solo ne' loro discorsi, ma sibbene nel più decente contegno della persona, ed in uno sguardo che ne annunzii il pudore e la modestia.

Pulchra virtus est verecundia, et suavis gratia, quae non solum in factis, sed etiam in ipsis spectatur sermonibus, ne modum progrediaris, loquendi, ne quid indecorum sermo resonet tuus. Speculum enim mentis plerumque in verbis refulget: ipsum vocis sonum libret modestia, ne cujusquam offendat aurem: vox fortior denique in ipso canendi genere, prima disciplina verecundia, imo in omni usu loquendi. Amb. *de offic. lib.* 1, *cap.* 19.

Tacebat in periculis Susanna, et gravius verecundiae quam vitae damnum putabat, nec arbitrabatur periculo pudoris tuendam salutem: soli Deo loquebatur, cui poterat casta verecundia eloqui, refugiebat ora intueri virorum. Amb.

Est enim verecundia pudicitiae comes, cujus societate castitas ipsa tutior est. Nonne haec praetulit publicanum, et commendavit eum, qui nec oculos suos audebat ad cœlum levare?

Paulus orationem deferri praecepit cum verecundia et sobrietate. Amb.

Verecundia, cum sit omnibus aetatibus, personis, temporibus, et locis apta, tamen adolescentes juvenilesque annos maxime decet: ut artifex in materia commodiore melius operari solet, sic verecundia in ipso quoque corporis decore plus eminet. Ita tamen, ut etiam ipse non sit affectatus decor corporis, sed naturalis, simplex, neglectus magis quam experitus. Amb.

Hominem vereris praesentem : Dei Patris, et Filii, et Spiritus sancti non vereris praesentiam. Amb. *in psal.* 118.

Ubique in virgine comes singularum virtutum est pudor: hic individuus debet esse virginitatis, sine quo non potest esse virginitas: teritur officiis pudor, audacia emicat, risus obrepit, modestia solvitur, dum urbanitas affectatur. Amb. *de virg.*

Erubescere debemus, et condemnare peccatum, non defendere, quoniam pudore culpa minuitur, defensione cumulatur.

Amb. *de Abel et Cain.*

Ingenia liberaliter educata facilius verecundia, quam metus superat; et quos tormenta non vincunt, interdum vincit pudor.

Hier. *ad Pammah.*

Sit sermo virginis pudorosus, modestus et rarus, nec tam eloquentia pretiosus, quam pudore. Est etiam in ipso motu, habitu, incessu, verecundia Hier.

Quicquid pudet dicere, pudeat etiam cogitare. Hier.

Frontem cordis imprudentia atterit culpa frequens : atque quo crebrius admittitur, eo de illa committentis animus minus verecundatur. Hier.

Sicut verecundia laudabilis est in bono. Erubescere enim malum, sapientiae est: bonum vero, erubescere fatuitatis. Qui erubescit mala pœnitendo quae facit, ad vitae libertatem pervenit: qui vero erubescit bona facere, a statu rectitudinis cadit, atque ad damnationem tendit, sicut per Redemptorem dicitur : Qui me erubescit et meos sermones, etc. Hier. *in hom.* 10. *super Ezech.*

Quid amabilius verecundo adolescente? quam pulchra, et quam splendida gemma morum est verecundia, in vita et vultu adolescentis! quam vera et minime dubia bonae spei nuntia, bonae indolis index! Virga disciplinae, expugnatrix malorum, propugnatrix puritatis innatae, specialis gloria conscientiae, famae custos, vitae decus virtutis sedes, virtutum primitiae, naturae laus et insigne totius honesti. Bern. *super cant. serm.* 86.

DELLA VERITA'.

Nihil est ad defendendum, puritate tutius; nihil ad dicendum, veritate facilius. AMBR. *in hom.*

La *verità* è la conformità delle idee col loro oggetto; d'un racconto, d'una relazione con un fatto; insomma è la conformità di ciò che l'uomo dice con ciò ch'egli pensa.

Lo scopo della nostra anima è la verità, nè si acqueta finchè non l'abbia asseguita allora l'amor proprio è sodisfatto, ed un mezzo di felicità si ottiene. Ma la verità è una luce che or si mostra da un lato, or da un altro, ma che spesso si nasconde. Ella che dovrebbe esser la regina del mondo, e fatto schiava delle passioni e de'capricci degli uomini. Rimovere il velo sotto cui si occulta, è un delitto quando non conduce ai nostri fini, e le si fa prendere aspetto di errore. Si attenda allo sviluppo della mente, e le minacce dei perversi anderanno a vuoto e col vero comparirà felicità. L'uno e l'altro sono una cosa.

VERITATEM requirit Dominus. PSAL. 30.

Aperite portas, et ingrediatur gens justa, custodiens veritatem. ESA. 26.

Robur datum est ei contra juge sacrificium, propter peccata, et prosternetur veritas in terra. DAN. 8.

Veritatem tantum et pacem diligite. ZACH 8.

Ille homicida erat ab initio, et in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. JOAN. 8.

Veritatem facientes in charitate crescamus in illo per omnia. EPHES. 4.

Super omnia vincit veritas. 3. ESD. 3.

Quare detraxistis sermonibus veritatis? JOB. 6.

Scuto circumdabit te veritas ejus. PSAL. 90.

Labium veritatis firmum erit in perpetuum. PROV. 12.

Non contradicas verbo veritatis ullo modo, et de mendacio ineruditionis tuae confundere. ECCLES. 4.

Magister, scimus quia verax es, et viam Dei in veritate doces. MATTH. 22.

Gratia et veritas, per Jesum Christum facta est. JOAN. 1.

Charitas non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. 1. COR. 13.

Non possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate 2. COR. 13.

DELLA VIA.

Ambula coram me, et esto perfectus. GEN. 17.

Intendesi per *via* ogni luogo per cui si va da un sito all'altro.

In termini della Scrittura chiamasi *via stretta*, la via della salvezza; e, per opposto, *via larga*, il cammino della perdizione.

Via, ne'termini della Scrittura, significa pure i comandamenti di Dio e le sue leggi; ed in un altro senso, la condotta ch'ei tiene riguardo agli uomini. È da notarsi che, in questi due significati, la parola *via* non impiegasi quasi mai altro che al plurale.

Gesù Cristo dice di sè medesimo nel Vangelo: «Io sono la via, la verità e la vita».

JUSTUS es Domine, et omnia judicia tua justa sunt: et omnes viae tuae misericordia, et veritas et judicium. TOB. 3.

Non cogitationes meae, cogitationes vestrae: neque viae vestrae, viae meae, dicit Dominus. ESA. 55.

Noe vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis. GEN. 6.

Utinam dirigantur viae meae ad custodiendas justificationes tuas. PSAL. 118.

In omnibus viis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos. PROV. 3.

Semita justi recta, rectus callis justi ad ambulandum. ESA. 26.

Statue tibi speluncam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti. JEREM. 31.

Rectae viae Domini, et justi ambulabunt in eis Praevaricatores vero corruent in eis. OSE. 14.

Omni tempore benedic Deum: et pete ab eo ut vias tuas dirigat. TOB. 4.

Bene ambuletis, et sit Deus in itinere vestro, et Angelus ejus comitetur vobiscum. TOB. 5.

Angelus Domini sanctus sit in itinere vestro, perducatque vos incolumes, TOB. 10.

*

Domine, deduc me in justitia tua. Psal. 5.

Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea. Psal. 10.

Vias tuas, Domine, demonstra mihi. Psal. 22.

Deduc me in semita mandatorum tuorum. Psal. 118.

Viam sapientiae monstravi tibi, et duxi te per semitas aequitatis; quas quum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, et currens non habebis offendiculum. Prov. 4.

Justorum autem semita, quasi lux splendens, procedit, et crescit usque ad perfectam. Prov.

Justitia custodit innocentis viam. Prov. 13.

Deprecare Altissimum, ut in veritate viam tuam dirigat. Eccles. 37.

Ego Dominus Deus tuus, docens te utilia, gubernans te in via qua ambulas. Esa. 48.

Scio, Domine, quia non est hominis via ejus: nec viri est, ut ambulet et dirigat gressus suos. Jerem. 10.

Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad Domum Dei Jacob. Et docebit nos de viis suis, et ibimus in semitis ejus. Mich. 4.

Quis est homo qui timet Dominum? Legem statuit ei in via quam elegit. Anima ejus in bonis demorabitur. Psal. 24.

Ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus eorum in Sion. Psal. 83.

In semita justitiae via. Prov. 12.

State super vias, et videte, interrogate de semitis antiquis, quae sit via bona, et ambulata in ea, et invenientes refrigerium animabus vestris Jerem. 6.

Bonas facite vias vestras, et studia vestra, et habitabo vobiscum in loco isto. Jerem. 7.

Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt. Psal. 118.

Via impiorum tenebrosa: nesciunt ubi corruunt. Prov. 4.

DELLA VITTORIA.

Victoria omnis solius Dei est et ab eo solo expectanda.
Gen. 14. 14. 20.

Intendesi per *vittoria* il vantaggio che taluno ottiene in guerra sui nemici in una battaglia o in un combattimento.

La più bella d' ogni altre vittorie è quella che uno riporta sopra sè medesimo; imperocchè ella è sempre cosa gloriosa il trionfare de' proprj difetti o de' proprj vizj. Non v' ha nulla in fatti di sì grandioso, e di sì rispettato, quanto un uomo vizioso divenuto oggetto di ammirazione col pentimento e colla virtù.

Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum: et haec est victoria quae vincit mundum, fides nostra. Quis est autem qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Jesus est filius Dei?
Joan. *in epist.* 1. *cap.*5.

Non est gloriosa victoria nisi ubi fuerint laboriosa certamina.
Ambr. *de offi.*

Vere tuta pro Christo et cum Christo pugna, in qua nec vulneratus, nec prostratus, nec conculcatus fraudaberis a victoria: tantum ne fugias. Sola causa qua perdere possis victoriam fuga est; fugiendo potes illam amittere, moriendo non potes: et beatus, si pugnando moriaris, quia mox coronaberis.

In arbitrio Dei, non tuo, posita est victoria. Et plerumque improbi et numero et conspiratione sunt potentiores quam boni, ut ad eos superandos non tam virtus sit, quam felicitas necessaria.
Lactan.

DELLA VEDOVANZA.

Vidua in deliciis vivens, mortua. 1. TIM. 5. 6

La *vedovanza* è lo stato dell'uomo, la cui moglie è morta e che non si è ammogliato di nuovo: o della donna, il cui marito è morto e non si è rimaritata.

JUDITH virtutibus, non vestibus ornari studuit. JUD. 8.

Erat Anna prophetissa filia Phanuel, et haec vidua erat usque ad annos octoginta quatuor, quae non discedebat de Templo, jejuniis et obsecrationibus serviens nocte et die. LUC. 2.

Quae vere vidua est et desolata, speret in Deum, et instet obsecrationibus et orationibus die ac nocte; nam quae in deliciis est, vivens mortua est: et hoc praecipe, ut irreprehensibiles sint. 1. TIM. 5.

Anus similiter in habitu sint qui religionem deceat, non criminatrices, non multo vino servientes, ut honesta doceant. TIT. 2.

Viduae et pupillo non nocebitis. Si laeseritis eos, vociferabuntur ad me, et ego audiam clamorem eorum: et indignabitur furor meus percutiamque vos gladio, et erunt uxores vestrae viduae, et filii vestri pupilli. EXOD. 22.

Viduas ejus benedicens benedicam. PSAL. 132.

Quid facit haec vidua inter familiae multitudinem, inter ministrorum greges?

Caveto omnes suscipiones, et quod de te probabiliter fingi potest.

Nesciat vidua bigamiae indulgentiam. HIER. *in epist.* 96.

DELLA VENDETTA.

Vindicta non appetenda, sed Deo soli, ejusdem ministris, ac magistratui legitimo relinquenda: unde et prohibita aliis est. GEN. 15.

La *vendetta* è l' azione colla quale uno punisce altrui. Essa è pure il progetto di castigo d' un' ingiuria ricevuta o d'un danno sofferto: ma se noi consultiamo la legge evangelica, vi scorgiamo il precetto di rendere bene per male; e questo medesimo precetto è pur dettato anche dalla generosità.

La parola *vendetta* si usa talvolta nel senso di giustizia: Così dicesi la vendetta di Dio, la vendetta delle legge.

La vendetta poi, come tutte le passioni, è propria della ignoranza e della barbarie: e suole allora perpetuarsi nell'animo sì degl'individui che de'popoli, e passare come sacra eredità di generazione in generazione.

NON quaeras ultionem, nec memor eris injuriae civium tuorum. LEV. 19.

Ne dicas: Quomodo fecit mihi, sic faciam ei, et reddam unicuique secundum opus suum. PROV. 24.

Omnis injuriae proximi ne memineris, et nihil agas in operibus injuriae. ECCLES. 10.

Ego dico vobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in dextram maxillam, praebe illi et alteram. MATTH. 5.

Nulli malum pro malo redde. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum. ROM. 12.

Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est sectamini invicem, et omnes. 1. THESS. 5.

Mea est ultio, et ego retribuam. DEUT. 32.

Qui injuriam facit, recipiet id quod inique gessit. COL. 3.

Deus non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, et patientiam habebit in illis. Dico vobis quia cito faciet vindictam illorum. LUC. 18.

Scimus qui dixit; Mihi vindictam, et ego retribuam. HEBR. 10.

DELLA VERGINITA'.

Virginitas thesaurus. GEN. 24.

La *verginità* è la purezza d' una persona che non si è data in balìa ad alcun atto impudico.

Giudicata rigorosamente, la verginità non dipende meno dalle disposizioni del cuore, che dagli atti esterni. Del resto egli non è se non per questi atti che può manifestarsi alterata agli occhi degli uomini. Vi furono dei popoli presso a'quali lo stato di vergine ottenne la più alta considerazione: fuvvene ancora che pretesero ricoprire d'obbrobrio ogni zitella, la quale, giunta ad una certa età, non fosse per anco maritata. Si possono tra gli altri citare i Giudei.

De virginibus praeceptum Domini non habeo, consilium autem do. Mulier innupta et virgo, cogitat quae Domini sunt, ut sit sancta et corpore et spiritu. 1. Cor. 7.

Nemo poterat dicere canticum, nisi illa quadraginta quatuor millia. Virgines enim sunt, et sequuntur Agnum quocunque ierit. Apoc. 14.

Quid prodest integra caro, mente corrupta? Melius est humile conjugium, quam superba virginitas. Aug. *in psal.* 29.

Quae est virginitas mentis? integra fides, solida spes, sincera charitas. Aug. *in psal.* 17.

Dominica virgo debet agnoscere quibus praeceptis conveniat insistere, vel a quantis vitiis debeat abstinere, si vult in seculo posita cum Deo esse, et cum eodem, post hujus vitae resolutionem, in claritate coelesti regnare. Aug. *lib. ad sacr. virg.*

Dominica virgo primitus publicos debet vitare conspectus et platearum frequentiam devitare: atque in domo posita operi lanifico insistere, vel lectioni divinae. Aug.

Dominica virgo nec ornatu capitis, nec habitu comae, nec oculis erectis aut laetis, sed crinibus ad terram cum vultu demisso procedat; ne in se viles inducat amores, non pereat, nec aliis causa perditionis existat. Aug.

Dominica virgo ab omni inverecundo sermone vel risu debet se penitus abstinere, et cum silentio et disciplina omnem vitam suam ornare. Aug.

Dominica virgo (ut docet Apostolus, de viduis), casta judicari non potest, sermone garrula, aut loquacitate verbosa, vel curiositate superflua: imo prostituta, et ad luxuriam magis accensa. Aug.

Dominica virgo nec sermonis jactantia, nec divitiis, nec generis nobilitate se debet extollere, sed in humilitate et paupertate spiritus Christo accepta debet, quandiu vixerit, permanere. Aug.

Bona pudicitia conjugalis, sed melior continentia virginalis vel vidualis. Aug. *de sancta viduit.*

Dicat mihi Judaeus incredulus, quemadmodum arida virga frondnit, floruit, et nuces protulit: et ego dicam illi quomodo virgo concepit et peperit. Sed profecto Judaeus nec virgae poterit explicare conceptum; nec ego virginis partum.

Aug. *de incarn. Dom. contra Judaeos.*

Quanta est virginitatis gratia, quae meruit a Christo eligi, ut esset corporale Dei templum, in qua corporaliter habitavit plenitudo divinitatis! Virgo genuit mundi salutem, virgo peperit vitam universorum. Ambr. *lib. de offic.*

Claude vas tuum, ne unguentum effluat: claude virginitatem verecundia loquendi et abstinentia gloriandi. Ambr. *de virg.*

Virginitas in eo facilior est, quia carnis incentiva non novit; et viduitas in eo sollicitior, quod praeteritas in eo recolit voluptates.

Hier. *in epist.*

Flos est virginitas, flos martyrium, flos actio bona. In horto virginitas, in campo martyrium, bonum opus in thalamo.

Greg. *in Ezech.*

Virginitas altus mons est, ad quem Angelus hortatur; sed qui videt se non posse ascendere, maneat in Segor, id est in legitimo matrimonio, quia melius est mediocri bono uti, quam per abrupta libidinum praecipitari. Gr. *in* 9. *gen.*

Virgo carne, non mente, nullum praemium habet in repromissione. Isid. *de sum. bon. lib.* 2.

Nunc nobis ad virgines sermo est, quarum quo sublimior est gloria, major est cura. Flos enim est ille ecclesiastici generis decus, atque ornamentum gratiae spiritualis illustrior portio gregis Christi.

Cypr. *lib. de virg.*

Virginitas est soror Angelorum, victoria libidinum, regina virtutum, possessio omnium bonorum. Cypr.

Gaudia virginum non sunt eadem cum non virginibus, quamvis Christi; nam sunt aliis alia, sed nullis talia.

Aug. *de bono virginali, super illud: Virgines enim sunt, et sequuntur Agnum quocunque ierit.* 128.

Beatius est in carne vitam imitari Angelorum, quam ex carne augeri numerum mortalium. Haec est uberior fœcundiorque felicitas, non ventre gravescere, sed mente grandescere; non lacessere pectore, non visceribus terram, sed orationibus cœlum parturire.

Aug. *in epist.* 128.

Nunquam detractio ex virginis ore procedat.

Hier. *ad Demet. epist.* 67.

Bene Angelus ad virginem mittitur, quia semper est Angelis cognata virginitas. Profecto in carne praeter carnem vivere non terrena vita est, sed cœlestis. Unde in carne angelicam gloriam acquirere, majoris est meriti quam habere. Esse enim Angelum felicitatis est, esse vero virginem virtutis, dum hoc obtinere nititur cum gratia quod habet Angelus ex natura; utrumque tamen; et esse virginem et Angelum, divini muneris est officium, non humanum.

Hier. *in serm. de assumpt.*

Ubique in virgine comes singularum virtutum est pudor. Hic individuus esse debet virginitati, sine quo non potest esse virginitas, teritur officii pudor, audacia emicat, risus obrepit, modestia solvitur dum urbanitas affectatur. Ambr. *de virg.*

DELLA VIRTU'.

Quidquid vitio contrarium est, virtus dicitur. LACTANT.

Intendesi per *virtù* l'abitudine o la disposizione abituale dell'animo, che porta a fare il bene ed a fuggire il male.

Tutti fanno elogio alla virtù ed esternano odio al vizio: ma son ben pochi quei che meritano il nome di virtuosi. Se altro bene la virtù non producesse che la tranquillità dell'animo, pur sarebbe la più bella felicità. Ma che cosa è questa virtù? Non lo interrogate alle passioni, e la intenderete. Sicchè è ben necessario di sviluppar la nostra ragione ed afforzarla con le più sante verità. Che deve dirsi dunque di un popolo ove la ignoranza sia principal legge? Vizi e sciagura!

FRUCTUS autem spiritus est charitas, gaudium, pax patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. GAL. 6.

Sectare vero justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. 1. TIM. 6.

Juvenilia autem desideria fuge: sectare vero justitiam, fidem, charitatem, et pacem cum his qui invocant Dominum de corde puro 2. TIM. 2.

Fugientes ejus, quae in mundo est, concupiscentiae corruptionem vos autem curam omnem subinferentes, ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Haec enim si vobiscum adsint, et superent, non vacuos nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Jesu Christi cognitione. 2. PET.

Qui bene facit, ex Deo est: qui male facit, non videt Deum. 1. JOAN. 3.

In hac vita virtus non est, nisi diligere; quod diligendum est, id diligere prudentia est: nullis inde averti molestiis, fortitudo est; nullis illecebris, temperantia est; nulla superbia, justitia est. AUG. *epist. ad Macedon.*

Virtus eo pluris aestimanda est, quo plura contemnit. Magnae virtutis est cum felicitate luctari : magnae felicitatis est a felicitate non vinci. Aug. *in serm.*

Mens non potest habere regnum virtutum, nisi prius excusserit regnum vitiorum. Aug.

Non virtus est non posse peccare, sed nolle; atque ita tenere perseverantiam voluntatis, ut voluntas infantiam, usus imitetur naturam. Ambr. *super Luc.*

Qui deficit sibi, ut virtuti adhaereat, amittit quod suum est, accipit quod aeternum. Ambr. *in psal.* 118.

Nulla sine labore virtus est, quia labor processus est virtutis. Ambr.

Bonus circuitus est, si justitia quaerit, prudentia invenit, fortitudo vindicat, temperantia possidet, ut justitia sit in affectu, prudentia in intellectu, fortitudo in effectu, temperantia in usu. Ambr. *de offic.*

Omnes virtutes sibi ita cohaerent, ut qui una caruerit, omnibus careat: qui ergo unam habet, omnes habet. Hier. *in epist.*

Philosophus gloriae animalis et popularis haud mancipium totam simul sarcinam deposuit; et te reputas in virtutum culmine positum, si partem ex toto offeras? teipsum vult Dominus. Hier. *in epist.*

Sicut quibusdam visum est, ut de primis quatuor virtutibus loquar, prudentia, temperantia, fortitudine, atque justitia, quanto perfectae sunt singulae, tanto sibi sunt conjunctae: disjunctae autem perfectae esse nequaquam possunt; quia nec prudentia vera est, quae justa, et temperans, et fortis non est; nec temperantia perfecta, quae fortis, justa et prudens non est; nec fortitudo integra, quae prudens justa et temperans non est. Greg. *in moral.*

Non est ad virtutem ulla talis exhortatio, qualis est peccatorum recordatio. Hug.

Sicut virtus onerosa est vitiosis ita virtutis amico vitiosa est amara voluptas. Prosp. *de vita contempl. lib.* 2.

Ethicam scripserunt gentium philosophi, in qua quasi membra quaedam virtutum de corpore bonitatis truncata pinxerunt: sed membra viva esse non possunt sine corpore charitatis Dei.

Chrys. *in Matth.*

DELLA VISTA.

Averte oculos meos, ne videant vanitatem. PSAL. 118.

La *vista* è la potenza, la facoltà di vedere ; ed è anche quello de'cinque sensi con cui si scorgono gli oggetti.

OCULI tui recta videant, et palpebrae tuae praecedant gressus tuos. PROV. 4.

Sapientis oculi in capite ejus: stultus in tenebris ambulat. ECCLES. 2.

Dulce lumen et delectabile est oculis, videre Solem. ECCLES. 22.

Venustatem et pulchritudinem desiderabit oculus tuus, et super haec virides sationes. ECCLES. 40.

Qui annuit oculo, dabit dolorem. PROV. 10.

Oculi stultorum in finibus terrae. PROV. 17.

Memento, quoniam malus est oculus nequam : nequius oculo quid creatum est? ECCLES. 31.

Sunt enim oculi principes ad nocendum in sensibus. AUG. *confess. lib.* 10.

Impudicus oculus impudici cordis est nuntius HIER.

Non debet intueri quod non licet concupisci. GREG.

DEL VIZIO.

Vitia aliena lugenda. Ezech. 9 4. 1.

Il *vizio*, difetto, imperfezione, significa nell'uomo una naturale disposizione al male; ed in questo senso è opposto a ciò che intendesi d'ordinario per *virtù*.

Un vizio è più condannabile, più dispregiabile, più pericoloso e più volontario che un difetto. Il primo espone soventi volte meno al disprezzo o alla critica degli uomini, ma n'è però sempre più meritevole.

Vorremmo, l'uomo ricordasse spesso che col vizio si perda e non si acquista.

Non in seminibus, sed in voluntate nascentis causa vitiorum est atque virtutum. Hier. *in epist. contra Ruffin.*.

Tibi non tantum expellenda sunt vitia, quantum refellenda, quia utique facilius est non suscipere, quam suscepta semel deponere. Nec eorum tanta dulcedo est, ut ea debeamus praeferre virtutibus, cum nec in omnibus sit delectationis illecebra, et a plerisque etiam ea quae videntur dulcissima, respuantur. Hieron. *epist.*

Quidam superbiam libertatis loco ducunt, adulationem pro humilitate suspiciunt, malitiam prudentiae vice amplectuntur, et stultitiae simplicitatis nomen imponunt: atque, fallaci ac pessima similitudine decepti, vitiis pro virtutibus gloriantur.

Hieron. *ad Demetriatem virg.*

Duo sunt ex omnibus vitia, quae maxime homines decipiunt sui voluptate: gula scilicet, ac libido; quae deponere eo difficilius est, quo eis uti dulcius. At haec vitia tam molesta tamque delectatione sui periculosa, ita a multis calcari vidimus, ut tota aetate sua virgines permanserint in sua abstinentia: ut de illis taceam, qui, post deliciarum longum luxum, et inveteratum usum libidinis, castitati ac temperantiae se dederunt, et utriusque vitium contraria sibi virtute mutaverunt. Aliorum vitiorum est longe diversa ratio, quae cum nihil jucunditatis, sed multum amaritudinis habeant, quae cum ad vitandum sint faciliora, raro tamen a quibus vitentur invenies. Hier.

Quid, oro, invido delectationis praest invidia? Quid alter ab odio mercedis accipit? Quid iracundo furor suus confert? Similiter curre per singula, et invenies tot animae tormenta, quot vitia: quae utique eo facilius vinci possunt, quo nulla nos alliciunt voluptate. Hier.

Saepe se vitia ingerunt, et se esse virtutes mentiuntur: ut tenacitas, parcimonia, effusio, largitas, credulitas, zelus justitiae, remissio, pietas velint videri. Greg.

Quamvis per omne vitium, quod perpetratur, humano cordi antiqui hostis virtus infunditur: in haec tamen nequitia, id est, invidia, tota sua viscera serpens concutit, et imprimendae malitiae pestem vomit. Greg.

Prima vitia deceptae menti quasi sub quadam ratione se ingerunt: sed quae sequuntur, dum mentem ad omnem insaniam protrahunt, quasi bestiali clamore mentem confundunt. Greg.

Vitium est affectus naturalis praeter ordinem et supra mensuram ordinem transgrediens, quando movetur ad ea quae non debet; mensuram excedens, quando movetur plus quam debet. Hug.

Iniqua via est, quae nos perducit ad vitam: recta vero virtutum quae nobis indulgentiam tribuit ad salutem. Cass. *in psal.*

DELLA VOLONTA'.

Voluntas Dei non est ut aliquis pereat. Ezech. 18. 32.

La *volontà*, è un'operazione dell'animo che determina ad abbracciare un'opinione o ad eseguire una cosa.

La *volontà* differisce dalla *velleità*, in quanto che la prima ha il proprio effetto, o per lo meno vi tende per quanto è possibile: l'altra, al contrario, è debole, senza sforzo, senza cure, e pronta sempre ad annientarsi intieramente.

NOLITE timere: num Dei possumus resistere voluntati? GENES. 50.

Deus noster in coelo; omnia, quaecunque voluit, fecit PSAL. 113.

Voluntas Domini in aeternum permanebit. PROV. 19.

Consilium meum stabit, et omnis voluntas mea fiet. ESA. 46.

Juxta voluntatem suam faciet Deus, tam in virtutibus coeli, quam in habitatoribus terrae, et non est qui resistat manui ejus, et dicat ei: Quare fecisti? DAN. 4.

Voluntati ejus quis resistit? ROM. 9.

Unam petii a Domino: hanc requiram, ut videam voluntatem Domini. Quoniam vita in voluntate ejus. PSAL. 26. *et* 29.

Voluntas ejus in eis qui simpliciter ambulant. PROV. 11.

Det vobis cor omnibus, ut colatis eum, et faciatis ejus voluntatem corde magno, et animo volenti. 2. MACC. 1.

Qui facit voluntatem Patris mei, qui in coelis est, ipse intrabit in regnum coelorum. MATT. 7.

Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus. JOAN. 4.

Nolite conformari huic saeculo: sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis quae sit voluntas Dei bona, et placens, et perfecta. ROM. 12.

Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quae sit voluntas Dei. EPHES. 5.

Christo passo in carne, et vos eadem cogitatione armamini, quia qui passus est in carne, desiit a peccatis: ut jam non desideriis hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est, in carne vivat temporis. 1. PET. 4.

Qui facit voluntatem Dei, manet in aeternum. 1. JOAN. 2.

Interest quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam non facit, nisi rea mens. AUG. *de verbis apost. serm.* 28.

Deus est auctor meriti, qui et voluntatem applicat operi, et opus applicat voluntati. AUG. *de lib. arbitr.*

Sola voluntate miser quisque efficitur; sed miserior, eum desiderium malae voluntatis impletur. AUG. *de verbis apost. Petri et Pauli.*

Mala voluntate non solum quisque miser efficitur, sed miserior potestate, qua desiderium malae voluntatis impletur. AUG. *de Trinit. lib.* 13.

Voluntas aversa ab incommutabili bono, et conversa ad proprium bonum, aut ad exterius, aut ad interius, peccat. Ad proprium convertitur, quum suae voluntatis vult esse. Ad exterius, cum aliorum propria, vel quaecunque, quae ad se non pertinent, cognoscere studet. Ad interius, quum voluntatem corporis diligit. AUG. *lib. de lib. arbitr.*

Si cui etiam non contingat voluntas concumbendi cum conjuge aliena, tamen planum sit eum aliquo modo cupere, et si potestas detur esse facturum, non minus reus est, quam si in ipso facto deprehenderetur. AUG. *de lib. arbitr.*.

Voluntas nihil habet, nisi ex se judicatur. Nec quidem tardum ingenium, nec labilis memoria, nec inquietus appetitus, nec sensus obtusus, nec vita languens, reum per se statuerunt hominem, sicut nec contraria innocentem. Et hoc non ob aliud, nisi quia et hoc necessario et praeter voluntatem posse pervenire probatur. AUG. *de lib. arbitr.*

In terra pax hominibus bonae voluntatis. LUC. 2.

Nemo quaerat efficientem causam voluntatis malae. Non est efficiens, sed deficiens: quia nec effectio, sed defectio est. AUG. *lib.* 2. *de civit. Dei.*

Justitia Dei est aliquando ut sanus sis, aliquando ut aegrotes. Si quando sanus es dulcis est voluntas Dei, et quando aegrotas amara est voluntas Dei, non recto corde es: quare? quia non vis dirigere voluntatem tuam ad voluntatem Dei, sed Dei vis curvare ad

tuam illa recta est, sed tu curvus. Voluntas tua corrigenda est ad illam, non illa curvanda est ad te; et rectumh abebis cor.

AUG. *super psal.* 35.

Quia Deus cor quaerit; cor inspicit intus, testis est, judex, approbator, adjutor, coronator: sufficit ut offeras voluntatem. Cum potes, ore confitere ad salutem; cum autem non potes ore, corde ad justitiam: corde laudas, corde benedicis, corde in ara conscientiae victimas sacras imponis, et respondetur tibi: Pax in terra hominibus bonae voluntatis. AUG. *super psal.*

Quicquid vis, et non potes, factum Deus computat.

AUG. *super psal.* 57.

Qui quaerit, quare Deus voluit mundum facere, causam quaerit voluntatis Dei. Omnis autem causa efficiens major est, quam id quod efficitur. Nihil autem majus voluntale Dei. Non igitur causa quaerenda est. AUG. *lib.* 83. *quaest.*

Non est considerandum quid homo faciat, sed quo animo et voluntate faciat. In eodem facto invenimus Deum patrem in quo et Judam: Patrem benedicimus, Judam autem detestamur. Nam traditio Christi facta est a Deo Patre et Juda. Una res facta est, quam tamen Pater et Filius fecit in charitate: Judas in proditione. Diversa facit facta. AUG. *super epist. Joan. homil.* 7.

Quod non bona intentione facis, non tibi proderit; quia quare feceris, non quomodo illi evenerit, tibi imputabitur.

AUG. *sup. illud Matth.* 6. *Si lumen quod in te est, etc.*

Odi, et projeci festivitates vestras, non capiam odorem cœtuum vestrorum: quod si obtuleritis mihi holocausta, et munera vestra non accipiam; et vota pinguium vestrorum respuam. Odit autem Deus, et non solum odit, sed projiciet festivitates eorum, qui non celebrant festivitates Dei, sed suas: et potest pauca. Odisse autem, et projicere, et non odorari, humana loquitur similitudine, ut nos affectum Dei nostris sermonibus agnoscamus. Et si holocausta obtulerit, ut videantur jejunare, dare eleemosynas, pudicitiam polliceri, quae holocausta sunt vera: non ea suscipit Dominus. Nam et non sacrificiorum magnitudines, sed offerentium merita, causasque dijudicat. Unde et vidua, quae in corbonam duo minuta miserat omnibus a Salvatore praefertur: quia Dominus non ea quae offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium. HIER.

Si quis non iratus, sed propter disciplinam aliquem verberavit; vel palmam alicui dederit, et casu occiderit sicut casu fieri solet; quantum ad gratiam, innocens est, quia voluntatem, non opus hominis Deus requirit; quantum ad legem reus est, quia opera lex quaerit. HIER.

Volens Deus rationalem creaturam voluntarii boni munere et liberi arbitrii potestate dotare, ut, boni ac mali capax, utrumque naturaliter posset, et alterum voluntate deflecteret. Licet quippe nobis eligere, refutare, probare, respuere: nec est quo magis rationalis creatura caeteris praeferatur, nisi quod cum omnia animalia conditionis tantum ac necessitatis bonum habeant, haec sola habet etiam voluntatis.

Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, etc., apud eum cui nota sunt omnia antequam fiant, voluntas perfecta faciendi pro opere reputatur facti.

Hier. *super illud Matth.* 6. *Ubi est thesaurus tuus?*

Non est quod cuiquam nostram ascribemus aerumnam, nisi nostrae voluntati. Nemo nostrum tenetur ad culpam, nisi voluntate propria deflexerit. Non habent crimen, quae inferuntur reluctantibus. Voluntaria tantum commissa sequitur delictorum invidia quam in alios derivamus. Voluntarium sibi militem eligit Christus: voluntarium servum sibi Diabolus auctionatur, et acquirit suo juri. Neminem jugo servitutis astrictum possidet, nisi se ei prius peccator aere vendiderit. Ambr. *de vita beata.*

Tale erit opus tuum, qualis fuerit intentio tua.

Isid. 2. *soliloq. lib.* 2. *cap.* 10.

DELLA VOLUTTA'.

Voluptates fugiendae. 2. Pet. 2. 10. 12.

La *voluttà*, piacere corporale, o piacere de' sensi, impiegasi pure talora per dinotare i piaceri dell' animo. La Scrittura dice che i giusti saranno abbeverati in un torrente di voluttà.

La voluttà consiste adunque, e nell' insieme delle particolarità che possono rendere delizioso un oggetto, e nella cura unicamente diretta a goderne. Possono esservi voluttà per l'anima senza il concorso de'sensi; ma non havvene alcuna, qualora vogliamo escluderne l'interesse dell'anima.

Voluptates hujus seculi impediunt, ne qui verbum audierunt referant fructum. Luc. 8. 14.

Minus voluptatibus stimulatur, qui non est ubi frequentia est voluptatum. Minus avaritiae molestias patitur, qui divitias non videt. Aug. *de singul. cleric.*

Semper voluptas famem sui habet, et transacta non satiat. Hier. *epist. ad Damas. papam.*

Nihil prodigae satis est voluptati. Semper famem patitur sui, quae alimentis perpetuis nescit impleri. Ambr *sup. Luc.* 6.

Licet saepe in medio carnalium Deus protegat vitam electorum, tamen satis rarum est ut quisque, inter seculi voluptates positus, a vitiis maneat illibatus, in quibus, etsi non cito implicetur, aliquando tamen attrahitur. Nec enim diu potest esse securus qui periculo fuerit proximus. Isid. *de sum. bon.*

DEL VOTO.

Votum dicitur a voluntate, quasi a primo movente rationem ad promittendum. Thom.

Il *voto* è una promessa fatta a Dio, con cui l'uomo impegnasi ad una qualche opera che crede tornar possa ad esso gradita, ma che non è di precetto.

La validità d' un voto dipende e dalla specie della cosa promessa e dalla libertà personale. Il voto è nullo in sè stesso, qualora taluno siasi impegnato a cosa ingiusta o disonesta, o se non abbia il diritto di disporre delle proprie azioni.

Quæ sanctificaveris et voveris Domino, tolles, et venies ad locum quem elegit Dominus, et offeres oblationes tuas. Deut. 12.

Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus: et si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum, etc Deut. 23.

Homo qui votum fecerit, et spoponderit animam suam Deo, sub aestimatione dabit pretium. Levit. 27.

Si quis virorum votum Domino voverit, aut se constrinxerit juramento, non faciet irritum verbum suum, sed omne, quod promisit, implebit. Num. 30.

Mulier si quippiam voverit, et se constrinxerit juramento, quae est in domo patris sui, et in aetate adhuc puellari, si cognoverit pater votum, quod pollicita est, et juramentum, quo obligavit animam suam, et tacuerit, voti rea erit: quicquid pollicita est, et juravit, opere complebit. Num.

Rogabis eum, et exaudiet te, et vota tua reddes. Job. 22.

Vovete, et reddite Domino Deo vestro. Psal. 75.

Ruina est homini devotare Sanctos, et post vota retractare.
PROV. 20.

Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim si infidelis et stulta promissio. ECCLES. 5.

Sunt etiam quaedam, quae non voventes debemus; quaedam etiam quae nisi voverimus non debemus: sed postquam ea Domino promittimus, necessario reddere constringimur. AUG.

Ananias Deo pecunias voverat quas post, victas persuasione Diaboli, subtraxit; sed qua morte mulctatus est, scis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos quos dederat nummos, Deo abstulit, considera quanto periculo in divino judicio dignus eris, qui non nummos, sed temetipsum Deo omnipotenti, cui te sub monachi habitu devoveras, subtraxisti. GREG. *in regist.*

In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum. Quod incaute vovisti, ne facias: impia est promissio, quae scelere adimpletur. ISID. *in synonymis, lib.* 2.

Quia jam vovisti, jam te adstrinxisti, aliud tibi facere non licet. Non talis eris, si non feceris quod vovisti: qualis mansisses, si nihil tale vovisses. Minor enim tunc esses, non pejor: modo autem, quo absit, miserior, si Deo fidem fregeris; quanto beatior, si persolveris.
AUG. *in epist. ad Armentarium et Paulinum.*

In vovendo fuit stultus, qui discretionem non adhibuit; et in reddendo impius. HIER. *in histor. Jepht.*

Bonum quidem votum, si tamen ibi nihil admisceatur adversum. Nam licet ubique deceat justitiam custodiri, in illis tamen rebus maxime necessaria est quae divinis obtutibus offeruntur: ne putemus ignorare Deum unde accipiat, si fraudatis oblationibus acquiescat.
CASS, *lib.* 3.

Melius est non vovere, quam vovere illud, quod sibi is, cui promittitur, nolit exsolvi. BERN. *in serm.*

Ego non arbitror minora vota impedire debere majora, nec Deum exigere quodcunque sibi promissum bonum, si pro eo melius aliquid fuerit persolutum. Enim vero alicui forte debenti vobis XII nummos, nunquid si pro eis die constituta marcam solveret argenti, juste irasceminі? BERN. *epist.* 57.

DELLO ZELO.

Zelus, significat honestum illud et laudabile studium, quo accendimur ad alicujus virtutes imitandas aut etiam superandas, sine ullo tamen ipsius odio. 1. Cor. 12. 13.

Lo *zelo* è un' affezione per una qualche cosa; e dicesi principalmente in relazione alle cose sante e sacre.

Dicesi, in termini della Scrittura: « Lo zelo della Casa di Dio il divora », per dinotare l'estremo zelo che uno ha pel servigio Divino.

Chiamasi *zelo indiscreto*, *zelo inconsiderato*, uno zelo che non è regolato dalla prudenza; e *falso zelo*, *zelo cieco*, uno zelo mal condotto, malinteso, o che non ha per oggetto la vera religione. Per lo contrario dicesi, *zelo prudente zelo illuminato.*

La denominazione di zelo non può aver luogo se non in quanto l'oggetto ne sia onesto; ed in allora pure è sommesso alle grandi regole d'ogni maniera di virtù: vale a dire, ch'ei cessa dall'esser tale, laddove ne incomincia l'eccesso e degenera in fanatismo.

Lo zelo è quindi sempre fondato su grandi principj, e ne dirige, dietro essi, tutti gli atti.

Allo zelo sono opposte la pusillanimità e l'ingratitudine. La prima è un vizio che degrada: la seconda un delitto contro l'onore, non meno che contro la giustizia.

Si videris ethnicum vitae temperatae, et reliquae morum honestatis studiosum supra te, tuum etiam studium intende, ut fias similis fructuosae ficui, quae per caprifici vicinam vires suas colligit, ac, diffusionem cohibens, melius suos fructus alit et producit.
Basil *apud ant. serm. de zelo.*

Noli cogitare te malis videri praestantiorem, sed tristare quod sis bonis inferior. Nazian.

Nihil prodest habere zelum Dei, et non habere scientiam Dei. Judaei, putantes se zelum Dei habere, sacrilegi extiterunt in filium Dei: quia non secundum scientiam zelati sunt: quia ignorantes Dei justitiam propriam; id est, quae hominibus justitia videbatur, studebant implere, cum utique ipsos magis justitiae Dei, nempe Christo, obedire conveniret. ORIG. *in epist. ad Roman.*

Est zelus ad vitam, et est zelus ad mortem. Ad vitam zelus est divina praecepta servare, et amore nominis ejus custodire mandata ut fecit Phinees. AMB. *in psal.* 118.

Audi quid sit habere zelum, sed non secundum scientiam. Ignorantes, inquit Apostolus, Dei justitiam, et usuram volentes constituere, justitiae Dei non sunt subjecti. Si ergo ideo non secundum scientiam zelum Dei habent, qui ignorantes justitiam Dei volunt suam statuere, qua se ex ipsis justificant, ideo gratiam Dei cognoverunt, quia gratis salvari noluerunt. AUG. *in psal.* 30.

Nihil vero tribulationi par: philosophiae mater est. Anna suam habens aemulam, non est eam contumeliis persecuta. Sed quid? ad Deum confugit: et orans nec ejus meminit, neque dicit: Quoniam illa mihi improperat, defende me: tam sapiens erat mulier. Erubescamus viri, et quidem scitis quod nihil comparatur.

CHRYS. *hom.* 62. *ad pop.*

Fortis zelus qui nunc in mente doctoris agitur, in die extremi judicii inter eum et animam, quam a vitiis zelatur, testis est: ut et si audire is qui docetur noluerit, doctor tamen, pro zelo quem exhibet de auditoris negligentia reus non sit, etc. GREG. *in Ezech. hom.* 12.

Zelo domus patris Salvator impios ejicit de templo: zelemus et nos fratres charissimi, domum Dei, et quantum possumus ne quid in eam pravum geratur insistamus. Si viderimus fratrem, qui ad domum Dei pertinet, superbia tumidum, detractionibus assuetum, ebrietati servientem, luxuria enervatum, iracundia turbidum, si alio cuiquam vitio substratum, studeamus, in quantum facultas suppetit castigare, polluta ac perversa corrigere: et si quid de talibus emendare nequimus, non sine acerrimo mentis sustinere dolore; et maxime in ipsa domo orationis ne quid nostram fraternamve orationem impediat, totis viribus agamus. BEDA. *in Joan. cap.* 2

Cum duo sint beatae contemplationis excessus: in intellectu unus, et alter in affectu; unus in lumine, alter in fervore; unus in agnitione, alter in devotione: pius sane affectus et pectus amore calens, et sanctae devotionis infusio, etiam et spiritus vehementi repletus zelo non plane aliunde quam e cella Christi vinaria reportantur: et cui-

cunque cum horum copia surgere ab oratione donatur, potest in veritate dicere: Introduxit me rex in cellam vinariam.

BERN. *in can. serm.* 49.

Zelus est fervor animi ad compassionem naturae, et ultionem culpae, et devotionem gratiae proni Zelus itaque utiliter flagellat servum, salubriter corrigit filium, sollicite atque fideliter servat conjugium: servum ultione, filium compassione, conjugium devotione.

HUGO *in Johelem*.

FINIS.

AVVETIMENTO.

Nel pubblicare il MANUALE annunziato in generale noi ci siam tenuti alla edizione fattane in Milano per Giuseppe Rezzi. Ma perchè la nostra avesse un suffragio di più sopra tutte le altre, si è creduto pregio dell' opera di ben altre cose fornire il detto MANUALE. Infatti in taluni luoghi di esso, di maggior precisione, forza e copia d' idee eravi mestieri; nè a ciò soccorrevano le dottrine sottostanti, mentre queste valgono più tosto a confermare e sviluppare gli argomenti proposti. Per l' ordinario l' autore Francese si è contentato di annunziare il soggetto o di leggermente toccarlo. Ora FELICE BARILLA ha tolto l' assunto di provvedere a tutto ciò ampliando e ritoccando i titoli dell' opera secondo che la importanza de' medesimi gli ha suggerito, e la brevità del tempo gli ha conceduto. Che se le aggiunzioni del Barilla non si trovano distinte dal dettato dell' autore Francese, ciò è stato in grazia dell' edizione per essere esse poste or nel principio, or nel corpo ed ora in fine de' capitoli. Ma il lettore quando ritrarrà la parte delle scienze Morali, Antropologiche e Sociali, non durerà fatica a riconoscerle. E convien soggiungere che il Barilla (per quanto gli abbiano permesso le circostanze esterne e gli argomenti) non solo ha inteso armonizzare gli studi sociali e religiosi, ma anche mostrare qual altro posto meriterebbero le Scienze Morali se venissero nella stessa teoria applicate ai fatti della società.

Sotto tutti questi riflessi speriamo di non avere impresa senza frutto la edizione del MANUALE annunziato.

GLI EDITORI.

INDEX

TOMI I.

INDEX

TOMI II.